disperdere mala; postmodum etiam plantant meliora. Et semper in Scripturis obseruauimus ea quæ apparent tristiora, vt sic dicam, primo loco nominari, deinde quæ videntur lætiora secundo loco referri. *Ego occidam, & viuere faciam.* Quemnam occidam? Paulum proditorem, Paulum persecutorem; & viuere faciam, vt fiat Paulus Apostolus Iesu Christi. Hæc si intelligerent miseri hæretici, nequaquam ista continuò nobis obiicerent dicentes: Viden' Deum legis, quàm ferus sit & inhumanus, & dicat: *Ego occidam, & viuere faciam.* Nónne vides in Scripturis annuntiationem resurrectionis mortuorum? aut non cernis resurrectionem mortuorum in vnoquoque iam exordium fecisse? Consepulti sumus Christo per Baptismum, & consurreximus ipsi. Itaque à tristioribus quidem vocibus, necessariis tamen, exorditur, v. g. occidam; deinde vbi occidero, etiam viuere faciam: percutiam, & ego sanabo. *Quem enim diligit Dominus castigat; flagellat autem omnem filium quem suscipit.* Primùm percutit, & posteà sanat: ipse enim dolere facit, & iterùm recreat. Sic etiam hoc loco: *Constitui te hodie super Gentes & Regna,*

Scriptura semper præmittit tristia, & subiungit lætiora.

Rom. 6,4. Colos. 2,12.

Heb. 12,6.

vt eradices, & destruas, & disperdas, & readifices, & plantes. Verumtamen primùm ista mala sunt à nobis amolienda. Non potest in loco prauæ ædificationis ædificare Deus. *Quæ enim participatio iustitiæ & iniquitati? Quæ communicatio luci ad tenebras?* Oportet malitiam funditus eradicari, oportet ædificium prauitatis ex anima nostra aboleri, vt posteà Dei verba ædificentur. Non possum enim omnino intelligere quæ hîc scripta sunt: *Ecce dedi sermones meos in os tuum.* Quid efficiunt sermones? eradicare, & destruere, & disperdere. Verba eradicant Gentes, verba destruunt Regna, hæc corporea mundanaque digna verbis destruentibus, digna verbis eradicantibus. Considera quæ eradicanda sint à verbis, quæ destruenda sint à verbis. Vtique modò in dictis non est virtus, nisi Deus dederit, iuxta istud: *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multâ.* Virtus eradicans est, si quæ infidelitas, si quæ hypocrisis, si quæ nequitia, si quæ incontinentia; destruens est, sicubi idolium ædificatum sit in corde, vt illo destructo ædificetur templum Dei, & gloria Dei

1.Cor. 6,14.

Dei verba destruunt mala, & struunt bona.

Psal. 67,12.

ἐκριζοῦν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἀπολλύειν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν. Πλὴν πρῶτόν ἐστιν ἐκεῖνα τὰ φαῦλα ῥηθῆναι ἀφ' ἡμῶν. Οὐ δύναται εἰς τὸν τόπον τῆς οἰκοδομῆς τῆς φαύλης οἰκοδομεῖν ὁ Θεός. Τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; Δεῖ τὴν κακίαν ἐκ βάθρων ἐκριζωθῆναι, δεῖ τὴν οἰκοδομὴν τῆς κακίας καταναλωθῆναι ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἡμῶν, ἵνα μετὰ ταῦτα οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ οἰκοδομηθῶσιν. Οὐ δύναμαι γὰρ ὅλως νοῆσαι τὰ γεγραμμένα· ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου. Τί ποιοῦσιν οἱ λόγοι; ἐκριζοῦν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἀπολλύειν. Λόγοι ἐκριζοῦσιν ἔθνη, λόγοι κατασκάπτουσι βασιλείας ταύτας τὰς σωματικὰς καὶ κοσμικάς, ἀξίας λόγων κατασκαπτόντων, ἀξίας λόγων ἐκριζούντων. Νόει τὰ ἐκριζούμενα ὑπὸ λόγων, τὰ κατασκαπτόμενα ὑπὸ λόγων. Ἆρα ἄρτι ἐν τοῖς λεγομένοις οὐκ ἔστι δύναμις, ἐὰν μὴ ὁ Θεὸς διδῷ, κατὰ τὸ· Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. Δύναμις ἐκριζοῦσα, εἴ τις ἀπιστία, εἴ τις ὑπόκρισις, εἴ τις πονηρία, εἴ τις ἀκολασία· ἔστι κατασκάπτουσα, εἴ που εἰδωλεῖον ᾠκοδόμηται εἰς τὴν καρδίαν, ἵνα ἐκείνου κατασκαφέντος οἰκοδομηθῇ ναὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ δόξα τοῦ Θεοῦ

ἀρε-

εὑρεθῇ ἐν τῷ ἀνοικοδομηθέντι ναῷ, καὶ γένηται οὐκ ἄλσος, ἀλλὰ φυτεία παράδεισος τοῦ Θεοῦ· ὅπου ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

reperiatur in templo reædificato, & non fiat lucus, sed plantatio sit paradisus Dei: vbi templum Dei in Christo Iesu; cui est glória & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ β΄. εἰς τό·

Πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ, καὶ πληθύνῃς σεαυτῇ πόαν· κεκηλίδωσαι ἐν ταῖς ἀδικίαις σου ἐναντίον ἐμοῦ, λέγει κύριος.

HOMILIA II. in istud:

Quomodo conuersa es in amaritudinem vinea aliena? Si laueris te in nitro, & multiplicaueris tibi herbam; maculata es in iniquitatibus tuis coram me, dicit Dominus. Cap. 2, 21.

Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐν ἀπωλείᾳ ζώντων· ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέθρου, οὐδὲ ᾅδου βασίλειον ἐπὶ γῆς. Εἶτα ὀλίγον ὑπερβὰς τὸ ῥητὸν ἐρῶ. Πόθεν οὖν θάνατος εἰσῆλθε; Φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. Ἐπεὶ οὖν ἀρετὴν περὶ ἡμᾶς ὁ Θεὸς πεποίηκεν, ἡμεῖς δὲ ἑαυτοῖς ἐκτίσαμεν τὴν κακίαν καὶ τὰς ἁμαρτίας· διὰ τοῦτο καὶ ἐνθάδε ἡ ἀρχὴ τοῦ ἀναγνώσματος ἡ ἐν τῷ προφήτῃ ὀλ ἐπαπορητικῶς ἐλέγχει πρὸς τοὺς πικρότητα ἐσχηκότας ἐν τῇ ψυχῇ, ἐναντίαν τῇ γλυ-

Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum: creauit enim vt essent omnia, & salutares generationes mundi, & non est in iis medicamentum exterminij, neque inferorum regnum super terram. Deinde, paululùm progressus ~~textum enarrabo~~ [in textu, dicam.]. Vnde igitur mors intrauit? *Inuidiâ autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Cùm igitur virtutem propter nos Deus fecerit, nos autem nobismetipsi malitiam & peccata creauerimus; idcircò etiam hîc exordium huius propheticæ lectionis ad eos qui amaritudinem in anima, contrariam sua-

Sap. 1, 13. Mors vnde sit orta.

Sap. 2, 24.

uitati quam Deus in ea creauerat, habebant, per modum addubitationis dixit:

Quomodo conuersa es in amaritudinem vinea aliena? Quasi diceret: Claudicationem non fecit Deus, sed valentes pedibus creauit omnes. Quæ porrò causa est cur claudi claudicent? Et fecit Deus membra omnia ex instituto sana: quæ porrò causa est cur aliqua patiantur? Eodem modo anima non primi solius, sed omnis hominis ad imaginem facta est. Nam istud, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, pertinet ad omnes homines: &, prout in Adamo illud secundùm imaginem plerique intelligunt, est antiquius eo quod sibi assumpsit, quando per peccatum portauit imaginem terreni; ita in omnibus id quod est ad imaginem Dei antiquius est imagine deterioris. Portauimus cùm peccatores eramus imaginē terreni, portemus pœnitentes imaginem cælestis. Verumtamen creatio fuit secundùm imaginem cælestis. Quærit igitur hoc loco ad peccatores increpatoriè sermo dicens:

Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena? Ego enim plantaui te vitem fructiferam

Omnes recti à Deo facti.

Gen. 1, 26.

Omnes ad imaginem Dei facti.

Virtus vitio antiquior.

κύτητι ἣν ὁ Θεὸς κατεσκεύασεν αὐτῇ·

Πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; Ὡσεὶ ἔλεγε· Χωλότητα οὐκ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἀρτίποδας πεποίηκε πάντας. Τίς αἰτία δὲ γεγόνηται τοῦ χωλανθῆναι τοὺς κεχωλωμένους; Καὶ πεποίηκεν ὁ Θεὸς τὰ μέλη πάντα προηγουμένως ὑγιαίνοντα· γέγονε δὲ τίς αἰτία τοῦ παθεῖν τινα; Τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ψυχὴ οὐ τοῦ πρώτου μόνου γέγονε κατ' εἰκόνα, ἀλλὰ παντὸς ἀνθρώπου. Τὸ γὰρ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, φθάνει ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους· καὶ, ἔστι πρεσβύτερον, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἐκεῖνο ὃ οἱ πολλοὶ νοοῦσι τὸ κατ' εἰκόνα, τοῦ προσειλημμένου αὐτῷ, ὅτε ἐφόρεσε διὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ· οὕτως ἐν πᾶσι πρεσβύτερον τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ τῆς εἰκόνος τοῦ χείρονος. Ἐφορέσαμεν ἁμαρτωλοὶ ὄντες τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν μετανοοῦντες τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. Πλὴν ἡ κτίσις γέγονε κατ' εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. Ἀπορεῖ οὖν ἐνθάδε πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐλεγκτικῶς λέγων ὁ λόγος·

Πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; Ἐγὼ γὰρ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν

πᾶσαν ἀληθινήν. Ἐν τοῖς πρὸ τούτων λέλεκται, καὶ ἐπαναλαβὼν ὀλίγα πείσω ὑμᾶς· ὅτι Θεὸς μὲν καλὴν ἄμπελον ἐφύτευσε τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν, ἕκαστος δὲ στραφεὶς γέγονεν ἐναντίος τῷ βουλήματι τοῦ κτίσαντος. Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν, οὐκ ἐκ μέρους ἀληθινήν· οὐδὲ τὴν μὲν ἀληθινήν, τὴν δὲ ψευδῆ· ἀλλ' ἐγὼ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν. Πῶς ἐστράφης ἐμοῦ κτίσαντός σε πᾶσαν ἀληθινὴν ἄμπελον; σὺ πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν, καὶ γέγονας ἀλλοτρία ἄμπελος; Μετὰ ταῦτα ἴδωμεν τό·

Ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ, καὶ πληθύνῃς σεαυτῇ πόαν· κεκηλίδωσαι ἐν ταῖς ἀδικίαις σου ἐναντίον ἐμοῦ, λέγει κύριος. Ἄρα ᾤετό τις ἁμαρτήσασα ψυχὴ νίτρον λαβοῦσα, καὶ ἀποπλυναμένη νίτρῳ αἰσθητῷ ὅτι παύεται τῆς κηλῖδος, καὶ παύεται τῆς ἁμαρτίας· ὑπελάμβανε δέ τις, πόαν ταύτην τὴν ἀνατέλλουσαν ἀπὸ γῆς λαβών, καὶ ἀποπλυνάμενος, καὶ ἀποσμηξάμενος, καθαρθῆναι τὴν ψυχήν· ὅτι λέγει ἐνταῦθα ὁ λόγος τῇ στραφείσῃ εἰς πικρίαν καὶ γενομένῃ ἀλλοτρίᾳ ἀμπέλῳ· Ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ, καὶ πληθύνῃς σεαυτῇ πόαν· κεκηλίδωσαι ἐν ταῖς ἀδικίαις σου ἐναντίον ἐμοῦ, λέγει κύριος.

Ἀλλὰ χρὴ εἰδέναι, ὡς ὁ λό-

omnem veram. In præcedentibus dictum, & resumens pauca persuadebo vobis; vt Deus quidem pulchram vineam plantauerit hominis animum, vnusquisque verò peruersus factus sit contrarius voluntati creatoris. *Ego autem plantaui te vineam fructiferam omnem*, non ex parte, *veram*; neque hanc quidem veram, illam verò falsam; sed, ego plantaui te vineam fructiferam omnem veram. Quomodo conuersa es me creante te omnem veram vineam? tu quomodo conuersa es in amaritudinem, & facta es vinea aliena? Posteà videamus illud:

Si laueris te in nitro, & multiplicaueris tibi herbam; maculata es in tuis iniquitatibus coram me, dicit Dominus. Fortè putaret aliqua peccatrix anima nitrum accipiens, ac sensibili nitro se abluens maculam cessaturam, & peccatum abolitum iri, existimauerit verò quis, herbam hanc de terra ortam accipiens, seseque abluens, & abstergens animam emaculari; quia sermo hic in amaritudinem conuersæ & alienæ viti factæ dicit: *Si laueris te in nitro, & multiplicaueris tibi herbam; maculata es in iniquitatibus tuis coram me, dicit Dominus*.

Nitrū non eluit peccatum.

Ceterùm sciendum, vt verbum

Verbũ Dei omnem habet virtutem.

bum omnem virtutem habet; ita verbum habet omnis medicamenti virtutem, eſtque omnis purgantis vis, & maximè abſterſiuum. *Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Et ſi quid dixeris, quo opus ſit, hoc eſt in virtute ſermonis. Eſt igitur ſermo aliquis nitrum, & eſt ſermo aliquis herba, qui prolatus iſtiuſmodi maculas ac ſordes emundat. Quandoquidem ab iſtiuſmodi ſermone, qui eſt nitrum, & ab iſtiuſmodi ſermone, qui eſt herba, non omne peccatum curatur; ſed ſunt peccata, quæ neque nitro neque herbâ indigent: ad eam, quæ putabat ſe habere peccata, quæ quaſi in nitro & herba lauari poſſent, dicitur illud: *Si laueris te in nitro, & multiplicaueris tibi herbam, maculata es in tuis iniquitatibus coram me, dicit Dominus.* Et ſicut quædam ſunt vulnera, quæ malagmate curantur, & alia oleo ſanantur, item alia debent alligari, & ſic ſanitati reſtituuntur: alia verò ſunt vulnera, de quibus dicitur: *Non eſt malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas. Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igne ſuccenſæ:* ita ſunt quædam peccata, quæ maculant animam, indigetque homo pro

Heb. 4, 12.

Diuerſa peccata diuerſis remediis curanda.

Iſaiæ 1, 6, 7.

γος πᾶσαν δύναμιν ἔχει· οὕτως ὁ λόγος ἔχει παντὸς φαρμάκου δύναμιν, καὶ παντὸς τοῦ καθαρίζοντος δύναμίς ἐστι, καὶ σμηκτικώτατος. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργής, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. Καὶ ὃ ἐὰν εἴπῃς, οὗ ἐστι χρεία, τοῦτό ἐστιν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ λόγου. Ἔστιν οὖν τις λόγος νίτρον, καὶ ἐστί τις λόγος πόα, ὅστις τοὺς τοιούτους ῥύπους καθαίρει λαληθείς. Ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ τοιούτου λόγου, ὅστις ἐστὶ νίτρον, καὶ ἀπὸ τοῦ τοιούτου τοῦ λόγου, ὅς ἐστι πόα, οὐ πᾶσα ἁμαρτία θεραπεύεται· ἀλλ' ἔστιν ἁμαρτήματα, οὐ δεόμενα νίτρου οὐδὲ πόας· λέγεται πρὸς τὴν οἰομένην ἁμαρτήματα ἔχειν, ὡς δυνάμενα ἀποπλυθῆναι ἐν νίτρῳ καὶ πόᾳ, τό· Ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ, καὶ πληθύνῃς σεαυτῇ πόαν, κεκηλίδωσαι ἐναντίον ἐμοῦ ἐν ταῖς ἀδικίαις σου, λέγει κύριος. Καὶ ὥσπερ τῶν τραυμάτων τινά ἐστιν, ἃ μαλάγματι θεραπεύεται, καὶ ἄλλα ἐλαίῳ θεραπεύεται, καὶ ἄλλα δεῖται καταδέσμου, καὶ οὕτως ὑγιάζεται· ἄλλα δέ ἐστι τραύματα, ἐφ' οἷς λέγεται· Οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. Ἀλλὰ ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι· οὕτως ἔστι τινὰ ἁμαρτήματα, ἃ ῥυποῖ τὴν ψυχήν, καὶ δεῖται ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ τούτοις

τοῖς

τοῖς ἁμαρτήμασι λόγου, νίτρου λόγου, πόας. Ἔστι δέ τινα ἁμαρτήματα, ἃ οὐχ οὕτως θεραπεύεται· οὐδὲ γὰρ ῥύπῳ παραβάλλεται. Διὰ τοῦτο τὰς διαφορὰς τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιστάμενος ὁ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ κύριος, ὅρα πῶς λέγει τό· Ἐκπλυνεῖ κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιών· καὶ τὸ αἷμα ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν πνεύματι κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως. Εἰ πρὸς θάνατον ἥμαρτες, πλὴν ἥμαρτες ἐν ῥύπῳ, ἐκπλυνεῖ οὖν ὁ κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιών, καὶ τὸ αἷμα ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν. Εἶτα ἀνταπόδοσις πρὸς μὲν τὸν ῥύπον πνεύματι κρίσεως. Καὶ δεόμεθα οἱ πολλοί, ὅταν χείρονα ἁμαρτάνωμεν, οὐ νίτρου οὐδὲ τοῦ πλυθῆναι πόαν, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος τῆς καύσεως.

Διὰ τοῦτο ὁ Ἰησοῦς βαπτίζει (τάχα νῦν εὑρίσκω τὸν λόγον) ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· οὐχ ὅτι τὸν αὐτὸν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί, ἀλλὰ τὸν μὲν ἅγιον ἐν τῷ Πνεύματι ἁγίῳ· τὸν δὲ μετὰ τὸ πιστεῦσαι, μετὰ τὸ ἀξιωθῆναι ἁγίου Πνεύματος, πάλιν ἡμαρτηκότα, λούει ἐν πυρί· ὡς μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι βαπτιζόμενον ὑπὸ Ἰησοῦ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Μακάριος οὖν ὁ βαπτιζόμενος ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ μὴ δεόμενος βαπτίσματος τοῦ ἀπὸ πυρός·

peccatis istis sermone nitro, sermone herbâ. Sunt autem quædam peccata, quæ non ita curantur: neque enim cum sordibus comparantur. Propterea cùm differentias peccatorum pernosset in Isaia Dominus, vide quomodo dicat istud: *Abluet Dominus sordes filiorum & filiarum Sion: & sanguinem emundabit de medio eorum in spiritu iudicij, & spiritu combustionis.* Si ad mortem peccasti, verumtamen peccaueris in sordibus, abluet vtique Dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem emundabit de medio eorum. Deinde retributio quoad sordes quidẽ fit in spiritu iudicij. At plerique, cùm deteriora peccemus, non opus habemus nitro nec lotione herbæ, sed spiritu combustionis.

Isaiæ 4. 4.

Idcircò Iesus baptizat (cuius fortè nunc reperio rationem) *in Spiritu sancto & igni:* non quòd eumdem in Spiritu sancto & igni, sed sanctum quidem in Spiritu sancto; eum verò, qui postquam crediderat, postquam Spiritu sancto dignus fuerat habitus, denuò peccauerat, lauet in igne; ita vt non vnus idemque sit qui à Iesu in Spiritu sancto & igni baptizatur. Beatus igitur qui baptizatur in Spiritu sancto, & ignis baptismate non opus habet: ter

Lucæ 3, 16. *Baptismi diuersitas qualis.*

ter miser autem ille quisquis indiget igni baptizari. Verumtamen
Isaiæ 11,1. vtraque habet Iesus. *Egredietur* enim *virga de radice Iesse, & flos de radice ascendet*. Virga super pu-
Heb. 12,29. niendos: hoc modo *Deus ignis con-*
1.Ioan. 1,5. *sumens est*: item *Deus lux est*. Ignis consumens peccatoribus, lux iu-
Apoc. 20,6. stis & sanctis. *Beatus qui habet partem in resurrectione prima*; qui custodiuit baptisma sancti Spiritus.

Baptismus ignis quis. Quis est qui in altera seruatur resurrectione? Is qui indiget baptismate, quando venerit ad ignem illum, & ignis probabit eum, & repererit ignis ille ligna, fœnum, & stipulam, vt ista comburat. Quamóbrem hisce dictis, sermones Scripturarum, quantum valemus, conferentes, in corde reponamus, & secundùm illos viuere conemur; vt ante exitum puri euadere, & operibus nostris ad egressum ritè comparatis hinc emigrantes in bonis istis excipi, & in Christo Iesu seruari mereamur; cui est honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

τρισάθλιος δὲ ἐκεῖνος ὅστις χρείαν ἔχει βαπτίσασθαι τῷ πυρί. Πλὴν ἀμφότερα ἔχει ὁ Ἰησοῦς. Ἐξελεύσεται γὰρ ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται. Ῥάβδος ἐπὶ τοὺς κολαζομένους· οὕτως ὁ Θεὸς πῦρ καταναλίσκον ἐστί· καὶ ὁ Θεὸς φῶς ἐστι. Πῦρ καταναλίσκον τοῖς ἁμαρτωλοῖς, φῶς τοῖς δικαίοις καὶ ἁγίοις. Καὶ μακάριος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ· ὁ τηρήσας τὸ βάπτισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Τίς ἐστιν ὁ ἐν ἑτέρᾳ σωζόμενος ἀναστάσει; Ὁ δεόμενος βαπτίσματος, ὅταν ἔλθῃ ἐπὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο, καὶ τὸ πῦρ αὐτὸν δοκιμάζῃ, καὶ εὕρῃ τὸ πῦρ ἐκεῖνο ξύλα, χόρτον, καὶ καλάμην, ὥστε αὐτὰ κατακαῦσαι. Διὰ τοῦτο τούτων λεγομένων, ὅση δύναμις συναγαγόντες τοὺς λόγους τοὺς τῶν γραφῶν εἰς τὴν καρδίαν ἀποθέμεθα ώ αὐτούς, καὶ κατ' αὐτοὺς πειραθῶμεν ζῆν· ἵνα δυνηθῶμεν πρὸ τῆς ἐξόδου καθαροὶ γενέσθαι, καὶ ἑτοιμάσαντες εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα ἡμῶν ἐξελθόντες ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγαθοῖς παραληφθῆναι, καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ σωθῆναι· ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

OMI-

ΟΜΙΛΙΑ γʹ. εἰς τὸ· Μὴ ἔρημος ἐγενόμην τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, ἢ γῆ κεχερσωμένη, καὶ τὰ ἑξῆς.

Φησὶν ὁ κύριος ἐν τῇ ἀρχῇ τῶν ἀναγνωσθέντων περὶ τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἔρημος αὐτῷ οὐκ ἐγένετο, οὐδὲ γῆ κεχερσωμένη. Τίς οὖν γενόμενος ἐν τῷ τόπῳ, οὐκ αἰτήσει ἐξετάζων τὸ βούλημα τοῦ γεγραμμένου; Ἔστω ὁ Θεὸς ἐν τῷ Ἰσραὴλ οὐ γέγονεν ἔρημος, οὐ γέγονεν ἐν τῷ Ἰσραὴλ γῆ κεχερσωμένη. Ἆρα οὖν ἔρημος γέγονεν ὁ κύριος τῷ Ἰσραὴλ σήμερον, ἢ γῆ κεχερσωμένη νῦν αὐτῷ ἐστιν; ὅτι ἦν ὅτε τῷ Ἰσραὴλ ἦν οὐκ ἔρημος, οὐδὲ γῆ κεχερσωμένη, τοῖς ἔθνεσιν ἦν ἔρημος καὶ γῆ κεχερσωμένη· εἰ γὰρ πᾶσιν ἀεὶ οὐκ ἔρημός ἐστι, καὶ πᾶσιν ἀεί ἐστιν οὐ γῆ κεχερσωμένη. Τίς χρεία τοῦτο ἰδίως πρὸς τὸν Ἰσραὴλ κατ' ἐξαίρετον λεχθῆναι, Μὴ ἔρημος ἐγενόμην τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, ἢ γῆ κεχερσωμένη.

Ἀλλ' ἔστιν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς καθολικὰς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ· εἶτα μετὰ τὰς καθολικὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ ἐπὶ τὰς ἰδικὰς καταβαίνειν. Οὐδενὶ ἔρημός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀνατέλλων τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς· οὐδενὶ κεχερ-

HOMILIA III. in istud: *Numquid solitudo factus sum domui Israël, vel terra desolata,* &c. Cap. 2. 31.

Ait Dominus in principio eorum quæ lecta sunt de Israël, se minimè factum illi solitudinem, aut terram desolatam. Quis igitur in hunc locum incidens, non quærat, inuestigans sensum huius scripti? Esto Deus in Israël non sit factus solitudo, non sit factus in Israël terra desolata. Ergóne Dominus Israëli hodie factus est solitudo, vel terra desolata nunc illi existit? Quia quando Israëli non erat solitudo, nec terra desolata, Gentibus erat solitudo, & terra desolata: si enim omnibus semper non solitudo est, & semper omnibus est terra minimè desolata. Quid opus est seorsum ad Israël per exceptionem dici, *Numquid solitudo factus sum domui Israël, vel terra desolata?*

Ceterùm licet venire ad vniuersalia Dei beneficia; deinde post vniuersalia eius beneficia descendere ad particularia. Nemini Deus est solitudo, *qui Solem suum oriri facit super bonos & malos*: nemini terra deso- *Vniuersim Deus nemini solitudo est.* Matth. 5, 45.

lata

lata est, *qui pluit super iustos & iniustos.* Quomodo sit solitudo qui oriri facit diem, & noctem concedit ad quietem? quomodo sit solitudo qui terram facit frugiferam? Quomodo solitudo qui vnumquemque regit secundum animam, vt ratione præditus sit, vt scientiam acquirat, vt quod ex vsu suo sit exerceat per sensus? Nemini igitur est solitudo quoad vniuersalem rationem Deus.

ἀνατέλλειν imo, ἀνάπαλιν

– quodque mel[illegible] τῶν κατὰ τὴν ψυχήν.

eorum quæ sunt in anima

Israëli quando Deus sit factus solitudo.

Quantum autem ad particularem attinet, venio ad res gestas in Israël, & aio: Neque solitudo, neque terra desolata erat, quando in Ægypto faciebat signa & prodigia populo. Si quod autem tempus fuit quando derelicti erant, quodammodò ipsis solitudo, idque non frustrà, iis factus est. Quando vtique non erat Israëli Deus solitudo, neque terra desolata; tunc Gentibus secundùm iustam rationem solitudo ac terra desolata erat: quando autem auersatus est Israëlem, & factus ipsi solitudo & terra desolata; tunc effusa est gratia super Gentes, & factus est in nobis Iesus Christus non solitudo, sed plenus, & non terra desolata, sed frugifera. *Quia multi filij deserta, magis quàm eius quæ habet virum.* Et minatur iis quibus non erat factus solitudo, nec terra de-

Galat. 4,27.

σωμένη γῆ ἐπιβρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Πῶς ἔρημος ἀνατέλλων ἡμέραν καὶ νύκτα εἰς ἀνάπαυσιν ποιῶν; πῶς ἔρημος τὴν γῆν ποιῶν καρποφορεῖν; Πῶς ἔρημος ἕκαστον οἰκονομῶν κατὰ τὴν ψυχὴν, ἵνα λογικὸς ᾖ, ἵνα ἐπιστήμην ἀναλαμβάνῃ, ἵνα γυμνάζηται τὸ συντελὲς αὐτοῦ κατὰ τὰ αἰσθητήρια; ἔστιν οὖν οὐδενὶ ἔρημος ὡς πρὸς τὸν καθόλου λόγον ὁ Θεός.

Εἰ δὲ πρὸς τὸν ἰδικὸν, ἐρχόμενος ἐπὶ τὰ Ἰσραὴλ πράγματα, φημί· Οὔτε ἔρημος, οὔτε γῆ κεχερσωμένη ἦν, ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ ἐποίει τὰ σημεῖα, καὶ τὰ τέρατα τοῦ λαοῦ. Εἰ δέ τις καιρὸς γέγονεν ὅτε ἐγκατελείφθησαν, οἱονεὶ ἔρημος αὐτοῖς, οὐδὴ καὶ τοῦτο μάτην, αὐτοῖς ἐγένετο. Ὅτε μέντοι οὐκ ἦν τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς ἔρημος, οὐδὲ γῆ κεχερσωμένη· τότε ἔθνεσι κατὰ τὸν δίκαιον λόγον ἔρημος καὶ γῆ κεχερσωμένη ἦν· ὅτε δὲ ἀπεστράφη τὸν Ἰσραὴλ, καὶ γέγονε τοῦ Ἰσραὴλ ἐκείνῳ ἔρημος καὶ γῆ κεχερσωμένη· τότε ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐπὶ τὰ ἔθνη, καὶ γέγονεν ἐν ἡμῖν Χριστὸς Ἰησοῦς οὐκ ἔρημος, ἀλλὰ πλήρης, καὶ οὐ γῆ κεχερσωμένη, ἀλλὰ καρποφοροῦσα. Πολλὰ γὰρ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Καὶ ἀπειλεῖ αὐτοῖς οἷς οὐ γέγονεν ἔρημος οὐδὲ γῆ κεχερ-

χερ-

χειρουμένη. Ὑμεῖς δὲ εἰρήκατε· Οὐ κυριευθησόμεθα, οὐχ ἥξομεν πρός σε ἔτι. Ἀλλ' εἰρήκασιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, Ἀπονενοήμεθα· ὡς κατὰ τὴν λέξιν, Οὐ κυριευθησόμεθα.

ΟΜΙΛΙΑ δ'. εἰς τὸ· Καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρός με ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωσίου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Αὐτὸ τὸ ῥητὸν τῆς ἀναγνωσθείσης λέξεως ἔχει τι ἀσαφὲς, ὅπερ πρότερον νοηθήτω· καὶ μετὰ τοῦτο, ἐὰν ὁ Θεὸς διδῷ, εἰσόμεθα τὸ βούλημα αὐτοῦ τὸ μυστικόν. Οὐκοῦν θέλει ἡμᾶς εἰδέναι ἐν τούτοις ὅτι, ὡς ἐν ταῖς βασιλείαις γέγραπται, διῃρέθη ὁ λαὸς ἐν τοῖς χρόνοις Ροβοὰμ εἰς τὴν ὑπὸ Ἱεροβοὰμ βασιλείαν τῶν δέκα φυλῶν, καὶ εἰς τὴν ὑπὸ Ροβοὰμ δύο φυλῶν. Καὶ ἐκλήθησαν οἱ μὲν ὑπὸ τῷ Ἱεροβοὰμ Ἰσραὴλ, Ἰούδα δὲ οἱ ὑπὸ τῷ Ροβοὰμ· καὶ ἔμεινεν αὕτη ἡ διαίρεσις τοῦ λαοῦ, ὅσον ἐπὶ τὴν ἱστορίαν, μέχρι τοῦ δεῦρο. Οὐκ οἴδαμεν γὰρ ἱστορίαν συνάγουσαν τὸν Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδαν ἐπὶ τὸ αὐτό. Ἥμαρτεν οὖν πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, πλείονα ὁ ὑπὸ τῷ Ἱεροβοὰμ καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ· καὶ τοσαῦτα ἡμάρτε παρὰ τὸν Ἰούδαν, ὥστε αὐτοὺς καταδικασθῆναι ὑπὸ τῆς προνοίας

solata. Vos autem dixistis : Non subdemur dominio, neque veniemus ad te ampliùs. Ceterùm dixerant filij Israël, Rebellauimus; quasi ad verbum, Non subdemur dominio.

HOMILIA IV. in istud: *Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ, &c.* Cap. 3, 6.

IPse textus litteræ præsentis lectionis obscuri quid continet, quod priùs intelligendum; & postmodum, si Deus dederit, intelligemus sensum eius mysticum. Itaque vult nos hîc scire, quomodo, vt in libris Regum scriptum est, temporibus Roboam diuisus fuerit populus in Regnum quod sub Ieroboamo erat decem tribuum, & illud quod sub Roboamo duas tribus continebat. Et vocabantur illi quidem sub Ieroboamo Israël, qui verò sub Roboamo erant Iuda; & mansit hæc diuisio, quantum ex historia liquet, vsque in hunc diem. Non scimus enim historiam quæ Israëlem & Iudam in vnum congreget. Itaque quantum ad Israël, hic sub Ieroboamo & posteris eius plura peccauit; tantaque deliquit præ Iuda, vt à diuina pro-

Diuisio Regni sub Roboamo qualis.

Primum Israëlita præ Iuda magis peccarunt.

prouidentia ad Aſſyriorum captiuitatem condemnati ſint, prout Scriptura dicit, vſque in præſentem diem. Poſteà peccarunt etiam filij Iuda, & damnati ſunt ad Babylonicam captiuitatem, non vſque in hodiernum diem, prout Iſraël, ſed ad annos ſeptuaginta: de quibus Ieremias vaticinatus eſt; de quibus etiam diuinitus edoctus eſt Daniel, ſi hæc intelligamus quantum ad illum populum qui tunc erat. Vide dicta Prophetæ, vtrùm non tale quid declarent: incuſat enim peccata Iſraël ad verbum, & ait: Tantis peccatis ab Iſraële admiſſis, cùm audiuiſſet congregatio Iuda illorum flagitia, & quâ ratione tradiderim ipſos in captiuitatem, non fuiſſe emendatam, ſed peccata peccatis addidiſſe; adeò vt incremento peccatorum cum peccatis Iſraëlis collato, iuſtitia reperiretur in Iſraël præ Iuda. Deinde ſuper his iubetur Propheta vaticinari, quaſi Iuda præ Iſraële deterior euaſerit. Exinde vt poſt peccata conuertatur, poſt prophetiam quæ iubet Iſraëlem conuerti, vaticinatur Propheta fore vt ſimul conueniant Iſraël & Iuda, & amborum aliquando vnum fiat Regnum. Huc itaque referantur verba to-

Deinde Iuda grauius peccauit.

γενέσθαι αἰχμαλώτους εἰς Ἀσσυρίους, ὡς λέγει ἡ γραφή, μέχρι τῆς σήμερον. Μετὰ τοῦτο ἥμαρτον καὶ οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ κατεδικάσθησαν αἰχμάλωτοι εἰς Βαβυλῶνα, οὐχὶ μέχρι τῆς σήμερον, ὡς ὁ Ἰσραήλ, ἀλλὰ ἐπὶ ἑβδομήκοντα ἔτη· περὶ ὧν ὁ Ἱερεμίας προεφήτευσεν· περὶ ὧν ἐμυήθη καὶ ὁ Δανιήλ, εἰ νοοῦμεν ταῦτα ὡς πρὸς τὸν λαὸν ἐκεῖνον τὸν τότε. Ἴδε τὰς λέξεις τοῦ προφήτου, εἰ μὴ τοιοῦτό τι δηλοῦσι· κατηγορεῖ γὰρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ Ἰσραὴλ πρὸς λόγον, καί φησιν· Ὅτι τοσούτων ἁμαρτημάτων γεγενημένων τῷ Ἰσραήλ, ἀκούσασα ἡ Ἰούδα συναγωγὴ τὰ ἐκείνων πταίσματα, καὶ τίνα τρόπον πεποίηκα αὐτοὺς γενέσθαι ἐν αἰχμαλωσίᾳ, οὐκ ἐπαιδεύθη, ἀλλὰ προσέθηκε ταῖς ἁμαρτίαις· ὥστε διὰ τὴν προσθήκην τῶν ἁμαρτημάτων συγκρινομένων τοῖς ἁμαρτήμασι τοῦ Ἰσραήλ, δικαιοσύνην εὑρῆσθαι ἐν τῷ Ἰσραὴλ παρὰ τὸν Ἰούδαν. Εἶτα ἐπὶ τούτοις κελεύεται ὁ προφήτης προφητεῦσαι, ὡς χείρονος γενομένου τοῦ Ἰούδα παρὰ τὸν Ἰσραήλ. Εἶτα ἵνα μετὰ τὰ ἁμαρτήματα ἐπιστρέψῃ, μετὰ τὴν προφητείαν οὖν τὴν πρὸς Ἰσραὴλ κελεύουσαν ἐπιστρέψαι αὐτὸν προφητεύει ὁ Προφήτης ὅτι μέλλουσιν ἅμα γίνεσθαι Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδας, καὶ γίνεσθαί ποτε μίαν ἀμφοτέρων βασιλείαν. Ὧδε γοῦν λαβέτω τὰ ῥήματα τοῦ ὅ-

λης

λῆς σήμερον ἀναγνώσεως, καὶ τότε ὄψεται τὰ νοήματα δεδηλωκώς.

Καὶ εἶπε κύριος πρός με ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωσίου τοῦ βασιλέως· Εἶδες ἃ ἐποίησά μοι ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραήλ; οὐκ Ἰούδα, ἀλλὰ τοῦ Ἰσραήλ. Πρῶτον ἐπορεύθη ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους, καὶ ἐπόρνευσε. Καὶ εἶπα μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν πάντα ταῦτα· Ἀνάστρεψον πρός με· καὶ οὐκ ἀνέστρεψε. Καὶ εἶδεν τὴν ἀσυνθεσίαν αὐτῆς τῆς Ἰσραὴλ συναγωγῆς ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα. Καὶ εἶδον οἱ ἀπὸ Ἰούδα, διότι περὶ πάντων ὧν κατελήφθη, ἐν οἷς ἐμοιχᾶτο ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραήλ· καὶ ἐξαπέστειλα αὐτὴν, καὶ ἔδωκα αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου. Δέον παιδευθῆναι τὴν Ἰούδαν· ἐξαπέστειλα γὰρ τὴν συναγωγὴν Ἰσραήλ, ἐξενήνοχα αὐτοὺς εἰς Ἀσσυρίους. Καὶ ἔδωκα αὐτῇ βιβλίον ἀποστάσεως εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς. Καὶ οὐκ ἐφοβήθη ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα. Μετὰ τοσαῦτα δὲ ἃ ἐποίησε τῷ Ἰσραήλ, ἐξαποστείλας αὐτὴν, δοὺς βιβλίον ἀποστασίου, δέον παιδευθῆναι τὴν Ἰούδα συναγωγὴν ἐξ ὧν πεπόνθασιν ἐκεῖνοι. Οἱ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐπαιδεύθησαν, ἀλλὰ προσέθηκαν τοῖς ἁμαρτήμασιν· ὥστε τὰ ἁμαρτήματα τῆς Ἰσραὴλ συναγωγῆς συγκρίσει τῶν ἁμαρτημάτων τῆς συναγωγῆς τῆς Ἰούδα, δικαιοσύνην εἶναι δοκεῖν.

tius hodiernæ lectionis, & tum videbuntur sensus esse declarati.

Et dixit Dominus ad me in die- Ver. 6.
bus Iosiæ Regis: Vidisti quæ fecit mi-
bi domus Israël? non Iuda, sed
Israël. Primùm *iuit super omnem*
montem excelsum, & subter omne
lignum frondosum, & fornicata
est. Et dixi postquam fornicata e- Ver. 7.
rat hæc omnia; Ad me reuertere:
& non est reuersa. Et vidit praua-
ricationem ipsius congregationis Is-
raël prauaricatrix Iuda. Et vide- Ver. 8.
runt hi de Iuda, quia pro omnibus
in quibus deprehensa est, in quibus
mœchata est domus Israël: & di-
misi eam, & dedi ei libellum repu-
dij. Oportuerat corrigi Iudam; siquidem dimisi congregationem Israël, emisi illos ad Assyrios. *Et*
dedi ei libellum repudij in manus
eius. Et non timuit prauaricatrix
Iuda. Post tanta autem quæ fe- Ver. 9.
cerunt Israëli, dimittens illum, dans ei libellum repudij, oportuerat emendari Synagogam Iuda ex iis quæ perpessi fuerant illi. Hi verò non tantùm non emendati sunt, verùm etiam addiderunt peccatis; ita vt peccata congregationis Israël comparatione peccatorum congregationis Iudæ, iustitia esse viderentur.

Repudiatio Israël non correxit Iudam.

Et dedi ei libellum repudij in manus eius: & non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius, *& iuit, & fornicata eſt etiam ipſa, & facta eſt in nihilum fornicatio ipſius: & mœchata eſt in lignum & lapidem.*
Ver. 10. *Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde ſuo, ſed in mendacio reuerſa eſt ad me.* Non agnouerunt me ex his quæ feceram Iſraëli, vt plenè conuerteretur, ſed oportuerat ipſam conuerti in veritate; ſed ipſa conuerſa eſt in mendacio, & in his omnibus non eſt reuerſa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde ſuo, ſed in mendacio.
Ver. 11. *Et dixit Dominus ad me: Iuſtificauit animam ſuam Iſraël præ præuaricatrice Iuda.* Peccata Iſraël collata cum peccatis Iuda, facta ſunt iuſtificatio animæ congregationis Iſraël.
Verſ. 12. *Vade igitur, & lege ſermones iſtos contra Aquilonem.*

Cùm iam textus benè intellectus ſit, videamus quid hiſce velit declarare. Quando in Gentes principatum obtinuit ex delicto Iſraëlis, etiam Apoſtoli prædicantes Iudæorum Synagogis aiunt: Quia vobis erat miſſum verbum ſalutis; cùm verò voſmetipſos indignos iudicetis, ecce conuertimur ad Gentes. Et Apoſtolus

Deſertio Iudæorũ ſalus eſt Gentium.
Act. 13, 46.

† lego, εἰσαγωγὴ introductio

Καὶ ἔδωκα αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς· καὶ οὐκ ἐφοβήθη ἡ ἀσυνώθετος Ἰούδα ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς, καὶ ἐπορεύθη, καὶ ἐπόρνευσε καὶ αὐτή, καὶ ἐγένετο αὐτῆς εἰς οὐδὲν ἡ πορνεία· καὶ ἐμοίχευσε τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον. Καὶ ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἐπέστρεψε πρός με ἡ ἀσυνώθετος Ἰούδα ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτῆς, ἀλλ' ἐπὶ ψεύδει ἐπέστρεψε πρός με. Οὐκ ᾔδεσάν με ἐξ ὧν ἐποίησα τῷ Ἰσραήλ, ἵνα τελείως ἐπιστρέψῃ, ἀλλὰ δέον αὐτὴν ἐπιστρέφειν ἐν ἀληθείᾳ· ἡ δὲ ἐπὶ ψεύδει ἐπέστρεψε, καὶ ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἐπέστρεψε πρός με ἡ ἀσυνώθετος Ἰούδα ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτῆς, ἀλλ' ἐπὶ ψεύδει. Καὶ εἶπε κύριος πρός με· Ἐδικαίωσε τὴν ψυχὴν αὐτῆς Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀσυνθέτου Ἰούδα. Τὰ ἁμαρτήματα τοῦ Ἰσραὴλ συγκρινόμενα τοῖς πταίσμασιν Ἰούδα, γέγονε δικαίωσις τῆς ψυχῆς Ἰσραὴλ συναγωγῆς. Πορεύου οὖν, καὶ ἀνάγνωθι τοὺς λόγους τούτους πρὸς βορρᾶν.

Εἰ νενόηται τὸ ῥητόν, ἴδωμεν τί βούλεται ἐν τούτοις δηλοῦσθαι. Κἂν εἰς τῶν ἐθνῶν ἀρχὴν ἔσχεν ἐκ τοῦ παραπτώματος τοῦ Ἰσραήλ, λέγουσιν οἱ Ἀπόστολοι κηρύξαντες ταῖς τῶν Ἰουδαίων συναγωγαῖς· Ὅτι ὑμῖν ἦν ἐξαπεσταλμένος ὁ λόγος τῆς σωτηρίας· ἐπειδὴ δὲ ἀναξίους κρίνετε ἑαυτούς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. Καὶ ὁ Ἀπόστολος

περὶ

περὶ τούτων εἰδὼς, ἃ οἶδε λέγει· Τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. Οὐκοῦν αἱ πολλαὶ ἁμαρτίαι ἐκείνου τοῦ λαοῦ πεποιήκασιν αὐτὸν ἐγκαταλειφθῆναι, καὶ ἡμᾶς ἥκειν ἐπὶ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, τοὺς ξένους τῶν διαθηκῶν, τοὺς ἀλλοτρίους τῶν εὐαγγελίων. Πόθεν γὰρ ἐμοὶ ὁπουποτοῦν γινομένῳ ξένῳ τῆς λεγομένης ἁγίας γῆς, νῦν περὶ τῶν εὐαγγελίων διαλέγεσθαι τοῦ Θεοῦ, καὶ πιστεύειν εἰς τὸν Θεὸν τῶν πατριαρχῶν, Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν προκεκηρυγμένον ὑπὸ τῶν προφητῶν χάριτι Θεοῦ παραδέξασθαι. Εἰ νοεῖς τοὺς δύο τούτους λαοὺς τὸν ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ Ἰούδα· ἐπὶ τοῦ λαοῦ ἐκείνου τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ περὶ ἐκείνου νόει μοι γεγράφθαι· Ἐξαπέσταλκα αὐτὴν, καὶ ἔδωκα αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου. Ἐξαπέστειλε γὰρ τὸν λαὸν ἐκεῖνον ὁ Θεὸς, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ βιβλίον ἀποστασίου. ὅσπερ τοιοῦτόν ἐστιν ἐπὶ τῶν γεγαμηκότων· Ἐὰν δυσάρεστος ᾖ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ, λέγει ὁ Μωσέως νόμος, βιβλίον ἀποστασίου ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐγίνετο, καὶ ἐξαπεστέλλετο ἡ γυνή· καὶ ἐξῆν τῷ ἀποστείλαντι τὴν προτέραν γυναῖκα, διὰ τὸ δοκεῖν ἠσχημονηκέναι, γαμεῖν ἑτέραν γυναῖκα. Οὕτως τῷ λόγῳ ἴδε ἐκείνους λαμβάνοντας βιβλίον ἀποστασίου· καὶ ἐπεὶ ἐλα-

horum peritus, quæ nouerat dicit: *Illorum delicto salus est Gentibus, vt illos æmulentur.* Rom. 11,11. Itaque multa peccata illius populi fecerunt vt ipse desereretur, nosque succederemus in spem salutis, qui peregrini eramus à pactis seu testamentis, alieni ab Euangeliis seu promissis. Vnde enim mihi vndequaque (ubicunque) peregrino existenti dictæ terræ sanctæ, vt nunc loquar de Euangeliis Dei, & credam in Deum Patriarcharum, Abraham, & Isaac, & Iacob, ac Iesum Christum à Prophetis prænuntiatum gratiâ Dei suscipiam. Si nosti hos duos populos, scilicet illum ex Israël, & illum ex Iuda; super illo populo qui ex Israël erat, & de illo intellige mihi scriptum: *Dimisi eam, & dedi ei libellum repudij.* Dimisit enim populum illum Deus, & dedit illi libellum, repudij. qui istiusmodi est in coniugatis: Si displicebat vxor viro, ait lex Moysis, libellus repudij à viro fiebat, & dimittebatur vxor; & licebat illi qui priorem vxorem dimiserat, eò quòd inhoneste se gessisse videretur, ducere aliam vxorem. Eadem ratione vide illos capientes libellum repudij; & quia recepe-

Lex de libello repudij qualis.

ubicunque sive enim in Grecia sive in Aegypto versor, ubique sum peregrinus, quia non sum Iudaeus.

Iudæi penitus repudiati à Deo. tant libellum repudij, idcircò deserebantur omninò. Vbi enim Prophetæ apud ipsos ampliùs? vbi signa ampliùs apud illos? vbi apparitio Dei? vbi cultus religionis? templum, sacrificia, eiecta sunt à loco ipsorum. Dedit itaque Israëli libellum repudij.

A. puncto, τελείως γι- γνη distinguendum.

Christiani quoque à primo spiritu multùm defecêre. Exinde nos Iuda (Iuda autem propter Seruatorem ex tribu Iuda oriundum; siquidem manifestum est Dominum nostrum ex Iuda ortum habuisse) conuersi sumus ad Dominum, & nouissima nostra (quæ vtinam non pridem sint) similia videntur fieri nouissimis illorum, si non fortassis etiam deteriora. Nostratia enim talia in consummatione sæculi huius fore, manifestum fit ex iis quæ in Euangelio à Seruatore nostro dicta sunt, vbi ait:
Matth. 24, 12. *Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Et faciet signa & prodigia qui venturus est,
Ibid. 24. *ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.* Et istiusmodi sunt nostratia, vt Seruator de aduentu suo dicat, ex tot tantisque ecclesiis fidelem vix repertum iri.
Lucæ 18, 8. *Verumtamen Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Et verè si iudicemus

σιον τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου, διὰ τοῦτο ἐγκαταλελείφθησαν πάντη. Ποῦ γὰρ προφῆται ἔτι παρ' αὐτοῖς; ποῦ σημεῖα ἔτι παρ' αὐτοῖς; ποῦ ἐπιφάνεια Θεοῦ; ποῦ ἡ λατρεία; ὁ ναὸς, αἱ θυσίαι ἐξεβλήθησαν ἀπὸ τοῦ τόπου ἑαυτῶν. Ἔδωκεν οὖν τῷ Ἰσραὴλ βιβλίον ἀποστασίου.

Εἶτα ὑμεῖς Ἰούδα (Ἰούδα δὲ διὰ τὸν σωτῆρα ἐξ Ἰούδα φυλῆς ἀνατείλαντα· πρόδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν) ἐπεστρέψαμεν πρὸς κύριον, καὶ τὰ τελευταῖα ἡμῶν (ἅπερ εἴθε μὴ ἤδη εἴη) παραπλήσια ἔοικε γίνεσθαι τοῖς ἐκείνων τελευταίοις, εἰ μὴ ἄρα καὶ χείρονα. Ὅτι γὰρ τοιαῦτα τὰ καθ' ἡμᾶς ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου ἔσται, δῆλον ἀπὸ τῶν ἐν Εὐαγγελίῳ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένων. ἐν οἷς φησι· Διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Καὶ ποιήσει σημεῖα καὶ τέρατα ὁ ἐλευσόμενος, ὥστε ἀποπλανᾶσθαι εἰ δυνατὸν καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Καὶ τοιαῦτά ἐστι τὰ καθ' ἡμᾶς, ὥστε τὸν σωτῆρα λέγειν περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιδημίας, ὡς ἐκ τῶν τοσούτων ἐκκλησιῶν πιστοῦ ταχέως μὴ εὑρισκομένου. Πλὴν ἐλθὼν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἄρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; Καὶ ἀληθῶς ἐὰν κρίνωμεν

τὰ

v.4 num pro συναρμένους legendum, συνερχομένους.

τὰ πράγματα ἀληθείᾳ, καὶ μὴ ὄχλοις, καὶ κρίνωμεν τὰ πράγματα προαιρέσει, καὶ μὴ τῷ βλέπειν πολλοὺς συνηγμένους, εὑρόμεθα νῦν ὡς οὐκ ἐσμὲν πιστοί. Ἀλλὰ τότε ἦσαν πιστοί, ὅτε τὰ μαρτύρια τῇ γενεᾷ ἐγίνοντο· ὅτε ἀπὸ τῶν κοιμητηρίων προπέμψαντες τοὺς μάρτυρας, ἠρχόμεθα ἐπὶ τὰς συναγωγάς, καὶ ὅλη ἡ Ἐκκλησία μὴ ἐκθηκομένη παρεγίνετο, καὶ οἱ κατηχούμενοι ἐπὶ τοῖς μαρτυρίοις κατηχοῦντο, καὶ ἐπὶ τοῖς θανάτοις τῶν ὁμολογούντων τὴν ἀλήθειαν μέχρι θανάτου, μὴ πειρώμενοι μηδὲ ταρασσόμενοι ἐπὶ τὸν ζῶντα Θεόν. Τότε οἴδαμεν καὶ σημεῖα ἑωρακότας παράδοξα καὶ τεράστια. Τότε ἦσαν πιστοὶ ὀλίγοι μέν, πιστοὶ δὲ ἀληθῶς, τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύοντες ὁδὸν τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωήν. Νῦν δὲ ὅτε γεγόναμεν πολλοί, ἐπεὶ οὐ δύναται εἶναι πολλοὺς ἐκλεκτούς· (οὐ γὰρ ψεύδεται ὁ εἰπὼν Ἰησοῦς· Πολλοὶ οἱ κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί·) ἐκ γὰρ τοῦ πλήθους τῶν ἐπαγγελλομένων θεοσέβειαν σφόδρα εἰσὶν ὀλίγοι, οἱ καταντῶντες ἐπὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μακαριότητα. Ἐὰν οὖν λέγῃ ὡς πρὸς τό· Ἐξαπέστειλα διὰ τὰ ἁμαρτήματα τὸν Ἰσραήλ, καὶ ἐξαπέστειλα εἰς μετοικίαν αὐτόν· ὁ δὲ Ἰούδα ἀκούων τὰ γινόμενα τῷ Ἰσραήλ, οὐκ ἐπέστρεψε·

res veritate, & non perturbationibus, & consilio maturo, ac non confertim simul multa videndo res diiudicemus, videbimus modò nos non esse fideles. Sed tunc erant fideles, quando martyria isti generationi fiebant; quando à cœmeteriis præmittentes Martyres, veniebamus ad Synagogas, totaque Ecclesia minimè exanimata aderat, & catechumeni super martyriis catechizabantur, & super mortibus confitentium veritatem vsque ad mortem, non tentati neque turbati super viuente Deo. Tunc nouimus etiam eos signa vidisse mirabilia & prodigiosa. Tunc erant fideles pauci quidem, sed reuerà fideles, qui angustam & arctam ingrediebantur viam quæ ducit ad vitam. Modò autem quando facti sumus multi, cùm non possint esse multi electi: (non enim mentitur Iesus qui dixit: *Multi vocati, pauci verò electi*:) nam ex multitudine profitentium religionem valdè pauci sunt, qui pertingant ad electionem Dei atque beatitudinem. Cùm igitur dicat quoad illud; *Dimisi propter peccata Israëlem, ipsumq; emisi in exilium; Iuda autem audiens quæ facta erant Israëli, non est conuersus;*

Olim erant pauci, sed veri fideles.

Matth. 7,14.

Matth. 20,16.

Nunc multi vocati, sed pauci electi.

hoc dicit de nostris peccatis, quando leguntur ea quę Israëli euenerant.

Deinde delicta istius populi oportebat nos metuere, ac dicere : Si naturalibus ramis non pepercit, quantò magis nec nobis parcet? si illis gloriosis frugiferæ oliuæ ramis radicatis in radice Patriarcharum, Abraham, & Isaac, & Iacob non parcens, suauis simul & hominum amator Deus illos excidit, quantò magis nobis non parcet? Vide benignitatem ac seueritatem Dei: non enim benignus quidem, sed non seuerus; neque seuerus quidem, sed non benignus: nam si benignus tantùm esset, at seuerus non esset, vt plurimùm contemneremus benignitatem eius: sin seuerus quidem foret, sed minimè benignus, fortassis vtique desperaremus propter peccata nostra. Nunc autem tamquam Deus vtrumque habet: homines namque pœnitentiam agentes benignitate illius opus habent, sed in peccatis perseuerantes seueritate. Si benignus est & seuerus Deus, & loquitur nobis per Prophetas, & ait: *Vidisti quæ fecit mihi domus Israël.* Israëlem intellige mihi populum istum, qui *iuit super omnem montem excelsum, & subter omne*

Rom. 11,21.

Deus clemens simul & seuerus.

λέγει περὶ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, ὅτε ἀναγινώσκονται τὰ τῷ Ἰσραὴλ συμβεβηκότα.

Εἶτα πταίσματα περὶ ἐκεῖνον τὸν λαὸν δέον ἡμᾶς φοβεῖσθαι, καὶ λέγειν· Εἰ τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, πόσῳ πλέον οὐδὲ ἡμῶν φείσεται; εἰ ἐκείνοις τοὺς αὐχοῦνας εἶναι καλλιελαίου τοὺς ἐρριζωμένους εἰς τὴν ῥίζαν τῶν πατριαρχῶν, Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακὼβ μὴ φεισάμενος, ὁ χρηστὸς ἅμα καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ἐξέκοψεν, πόσῳ πλέον ἡμῶν οὐ φείσεται; Ἴδε χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ· οὐ γὰρ χρηστὸς μέν, οὐκ ἀπότομος δέ· οὐδὲ ἀπότομος μέν, χρηστὸς δὲ οὔ· εἰ γὰρ χρηστὸς μόνον ἦν, ἀπότομος δὲ μὴ ἦν, ἐπὶ πλεῖον ἂν κατεφρονήσαμεν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ· εἰ ἀπότομος μὲν ἦν, χρηστὸς δὲ μὴ ἦν, τάχα ἂν κατέγνωμεν ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. Νῦν δὲ ὡς Θεὸς ἀμφότερον ἔχει· χρῄζομεν γὰρ οἱ ἄνθρωποι μετανοοῦντες τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, ἐμμένοντες δὲ ταῖς ἁμαρτίαις τῆς ἀποτομίας. Εἰ χρηστός ἐστι καὶ ἀπότομος ὁ Θεός, καὶ λαλεῖ ἡμῖν διὰ τῶν προφητῶν, καὶ λέγει· Εἶδες ἃ ἐποίησέ μοι ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραήλ. Τὸν Ἰσραὴλ τὸν λαόν μοι νόει ἐκεῖνον, ὃς ἐπορεύθη ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλόν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου

ξύλου κατασκίου. Ἐὰν ἴδῃς τὸν Φαρισαῖον εἰς τὸ ἱερὸν ἀναβαίνοντα ἀλαζονικῶς, καὶ μὴ τύπτοντα ἑαυτοῦ τὸ στῆθος, μηδὲ κηδόμενον τῶν ἰδίων κακῶν, ἀλλὰ λέγοντα· Εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων· ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοί· ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης· νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατῶ τὰ ὑπάρχοντά μου· ὄψῃ ὅτι ἀναβέβηκεν ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν ψεκτῶς, καὶ ἀγαπήσας μεγαλοφροσύνην, καὶ κατὰ τὴν ὑπερηφανίαν. Ὃς δὲ ἀναβέβηκε ἐπὶ πάντα βουνὸν ὑψηλὸν, καὶ γέγονεν ὑποκάτω παντὸς ξύλου, οὐ καρπίμου, ἀλλ' ἀλσώδους. Ἄλλο γὰρ τὸ ἀλσῶδες ξύλον, ἄλλο τὸ καρποφόρον. Εἰς ἄλση ὅταν φυτεύωσι, ξύλα φυτεύουσιν οὐ τὰ καρποφόρα, οὐ συκῆν, οὐδὲ ἄμπελον, ἀλλὰ μόνον τέρψεως χάριν ἄκαρπα ξύλα. Τοιούτους εὑρήσεις τοὺς λόγους τῶν ἑτεροδόξων, καὶ τὰ κάλλη τῶν πιθανοτήτων αὐτῶν, οὐκ ἐπιστρεφόντων τοὺς ἀκούοντας. Ὅταν οὖν τοῖς τοιούτοις λόγοις τίς ἑαυτὸν ἐπιδιδῷ, πεπόρευται ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους. Οὐκ εἴρηκε παντὸς ξύλου, καὶ σεσιώπηκεν, οὐδὲ πάλιν προσέθηκε παντὸς ξύλου τοῦ καρπίμου, ἀλλ' εἴρηκεν, Ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους.

lignum frondosum. Cùm videris Pharisæum in templum iactabundè ascendentem, & non tundentem pectus suum, neque malorum suorum curam gerentem, sed dicentem; *Gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum; raptores, iniusti, adulteri; velut etiam hic publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo*; videbis ipsum super omnem montem excelsum culpabiliter iactantiam diligendo & per superbiam ascendisse. Qui autem ascenderat super omnem collem excelsum, etiam subter omne lignum, non frugiferum, sed frondosum fuit. Aliud enim lignum frondosum, seu nemorosum, aliud frugiferum. In nemoribus quando plantant, ligna plantant minimè frugifera, non ficum, neque vitem, sed solius oblectationis ergô ligna infrugifera. Istiusmodi reperies esse sermones heterodoxorum, & elegantias persuasibilium verborum ipsorum, quæ minimè conuertũt auditores. Quando igitur istiusmodi sermonibus quispiam semet ipse addicit, abit subtus omne lignum nemorosum. Non dixit omne lignum, & siluit, neque rursus addidit omne lignum frugiferũ, sed dixit, Subtus omne lignum nemorosum.

Superbi super montē ascendunt.

Lucæ 18,11.

Descēdunt subter lignum frondosum.

Heterodoxi sunt lignum frondosum.

Per hoc intelliges, quid omninò legiſlator dicat: *Non plantabis omne lignum apud altare Domini Dei tui, & non facies lucum.* Etenim habes nomen luci vetitum, & fornicati ſunt ibi. *Et dixi, poſtquam fornicata erat hac omnia, Ad me reuertere, & non eſt reuerſa: & vidit prauaricationem eius prauaricatrix Iuda.* Increpamur & nos, dico peccantes, & ſtatuta Dei non obſeruantes, neque videntes ipſos perdidiſſe teſtamentum, cùm nobiles eſſent ex Abraham oriundi, qui acceperant promiſſionem. Oportebat igitur nos cogitare illos excidiſſe benedictionibus atque promiſſionibus, nec quidquam profuiſſe ipſis, quòd ex patribus eſſent oriundi: quantò magis nos peccantes deſerendi ſumus. Si filij Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis, ait ipſis Seruator. & iterùm Ioannes: *Ne cœperitis dicere in vobiſmetipſis, Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Lapides inſinuans nos, qui cor durum gerimus, & contra veritatem obdurati ſumus. Et verè qui potens eſt Deus ſuſcitauit filios Abrahæ de lapidibus, ſi perman-

Deut. 16,21.

Lucum facere prohibitum.

Oportebat nos cautos fieri exẽplo Iudæorum repudiatorum.

Ioan. 8,39.

Lucæ 3,8.

Nos ex lapidibus facti ſumus filij Abrahæ.

Διὰ τοῦτο νοήσεις, τί δήποτε ὁ νομοθέτης λέγει· Οὐ φυτεύσεις πᾶν ξύλον παρὰ τὸ θυσιαστήριον κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, καὶ οὐ ποιήσεις ἄλσος. Ἔχεις γὰρ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἄλσους ἀπηγορευμένον, καὶ ἐπόρνευσαν ἐκεῖ. Καὶ εἶπα, μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν ταῦτα πάντα, Πρός με ἀνάστρεψον, καὶ οὐκ ἀνέστρεψε· καὶ εἶδε τὴν ἀσυνθεσίαν αὐτῆς ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα. Λελοιδορήμεθα καὶ ἡμεῖς, λέγω οἱ ἁμαρτάνοντες, καὶ μὴ τηροῦντες τὰς συνθήκας τοῦ Θεοῦ, μηδὲ βλέποντες ὅτι ἀπολωλέκασιν ἐκεῖνοι τὴν διαθήκην, εὐγενεῖς ὄντες ἐξ Ἀβραὰμ ὄντες, ἐπαγγελίαν λαβόντες. Δέον οὖν ἡμᾶς λογίζεσθαι, ὅτι ἐκπεπτώκασιν ἐκεῖνοι τῶν εὐλογιῶν καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν, καὶ οὐδὲν ὤνησεν αὐτοὺς τὸ εἶναι ἀπὸ τῶν πατέρων· πόσῳ πλέον ἡμεῖς ἁμαρτάνοντες ἐγκαταλειφθησόμεθα. Εἰ ἦτε τέκνα τοῦ Ἀβραάμ, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἂν ἐποιεῖτε, λέγει αὐτοῖς ὁ σωτήρ. καὶ πάλιν ὁ Ἰωάννης· Μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Λίθους αἰνιττόμενος ἡμᾶς, τοὺς σκληρὰν ἔχοντας τὴν καρδίαν, καὶ ἐσκληρωμένους πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ἀληθῶς ὁ δυνατὸς Θεὸς ἤγειρε τέκνα τῷ Ἀβραὰμ ἀπὸ τῶν λίθων, ἐὰν μένω-

μεν

μεν ἐν τῇ τεκνογονίᾳ, καὶ τηρήσωμεν τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας.

Εἶδεν οὖν τὴν ἀσυνθεσίαν αὐτῆς τῆς κατοικίας τοῦ Ἰσραὴλ ἡ ἀσυνθετος Ἰούδα, ἡ μὴ τηρήσασα τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Θεὸν, καὶ εἶδεν ὅτι περὶ πάντων ὧν κατελείφθη ἐκείνη. Ταῦτα γὰρ πάντα ἡμεῖς βλέπομεν οἱ Ἰούδα· ἀναγινώσκομεν τὴν γραφήν· ὅτι περὶ πάντων ὧν κατελείφθη ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραὴλ, ἐν οἷς ἐμοιχᾶτο· ἐξαπέστειλεν αὐτὴν ὁ Θεὸς, καὶ ἔδωκεν αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου· καὶ δέον ἡμᾶς παιδευθῆναι ἐξ ὧν ἐκείνοις ἐποίησε, κρίνας αὐτοὺς κατὰ τὰ ἁμαρτήματα, ἐγκαταλιπὼν, καὶ παραδοὺς εἰς αἰχμαλωσίαν, καὶ παραδοὺς εἰς φόνον, καὶ παραδοὺς τοῖς πολεμίοις. Δέον ἐκ τούτων ἡμᾶς ἐπιστρέψαι, καὶ ἕκαστον ἡμῶν λογίζεσθαι· Ὅτι εἰ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, πόσῳ πλέον ἡμῶν οὐ φείσεται, εἰ τοὺς ἀπὸ τῶν πατέρων οὕτως ἐξέωσε γινομένους ἁμαρτωλοὺς, τί ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν κληθέντες πεισόμεθα; ἡμεῖς οὐδὲν τούτων ἐλογισάμεθα κληθέντες, ἵνα παραζηλώσῃ ἐκεῖνος ὁ λαὸς ὁρῶν τὸν δοῦλον τετιμημένον, βλέπων τὸν ἀγενῆ προσεληλυθότα. Εἰ ἤδη τοσαῦτα ἐκεῖνοι πεπόνθασι, πόσῳ πλέον ἐὰν ἁμαρτάνωμεν ἡμεῖς ἐγκαταλειφθησόμεθα; Ἐν οἷς ἐμοιχᾶτο ἡ κατοι-

ferimus in filiorum generatione, & custodiuerimus spiritum adoptionis.

Vidit itaque præuaricationem ipsius domus Israël preuaricatrix Iuda, quæ pactum Dei non seruauerat, & vidit in quibus omnibus deprehensa fuerit illa. Hæc vtique omnia nos cernimus, qui sumus Iuda: legimus Scripturam; quia in omnibus comprehensa est domus Israël, in quibus mœchata fuit: dimisit eam Deus, & dedit ei libellum repudij; & oportuerat nos emendari ex eis quæ ipsis fecerat, secundùm peccata illos iudicans, deserens, ac tradens in captiuitatem, & tradens ad necem, & tradens inimicis. Oportebat ex his nos conuerti, & vnumquemque nostrûm cogitare: Quia si Deus naturalibus ramis non pepercit, quantò magis nobis non parcet? si ex patribus oriundos sic execratus est peccatores factos, quid nos è Gentibus vocati patiemur? Nos nihil horum cogitabamus vocati, vt æmuletur ille populus videns seruum honoratum, videns ignobilem admissum. Si pridem tot ac tanta illi perpessi sunt, quantò potiùs nos deserendi simus? Quia mœchata erat do-

Cauendum ne à statu filiorum excidamus.

nempe Iudaeus, p. 37, 3.

mus

mus Israël, dimisi eam, & dedi ei libellum repudij in manus eius. Et non timuit præuaricatrix Iuda quæ feci domui Israël; quia dimisi eam, & dedi ei libellum repudij: non timuit ex iis quæ illis contigerant.

Seruus capit exemplum ab aliis seruis qui eiecti sunt è familia.

Introiuit quispiam in domum patrisfamilias, recens emptus est, percontatur quempiam priorum seruorum, vtrùm paterfamilias aliquem famulorum ignominiosè tractauerit, & quam ob causam? considerans, si velit esse in domo patrisfamilias, sibi cauendum ne incidat in eadem quæ fecerant priores serui, qui & peccarant, & eiecti erant, & supplicio traditi: deinde discens quæ gesserint priores serui probi, & in multis libertatem consecuti, eosdem æmulatur. Sed & nos non eramus serui Dei, ast idolorum & dæmonum, Gentiles, ab heri & nudiustertius accessimus ad Deum, legimus Scripturam.

Videamus quis iustificatus, quis condemnatus sit, imitemur iustificatos, caueamus incidere in ea, in quæ inciderunt illi qui à Deo in captiuitatem dati, & eiecti sunt. *Et non timuit præuaricatrix Iuda, & iuit, & fornicata est etiam ipsa.* Cùm prius fornicatus

Peccatũ est fornicatio.

κία τοῦ Ἰσραὴλ, ἐξαπέστειλα αὐτὴν, καὶ ἔδωκα αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς. Καὶ οὐκ ἐφοβήθη ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα ἃ πεποίηκα τῇ κατοικίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ· ὅτι ἐξαπέστειλα αὐτὴν, καὶ ἔδωκα αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου· οὐκ ἐφοβήθη ἐκ τῶν ἐκείνοις γεγενημένων.

Εἰσῆλθέ τις εἰς οἰκίαν οἰκοδεσπότου, νεώνητός ἐστι, πυνθάνεταί τινα τῶν προτέρων οἰκετῶν ἂν ὁ οἰκοδεσπότης τίνας ἠτίμασε τῶν οἰκετῶν, καὶ διὰ τί; κατανοήσας εἰ βούλεται εἶναι ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ οἰκοδεσπότου, φυλάσσεσθαι τούτοις περιπεσεῖν ἃ πεποιήκασιν οἱ πρότεροι δοῦλοι, καὶ ἡμαρτηκότες, καὶ ἐκβεβλημένοι, καὶ κολάσει παραδεδομένοι· εἶτα μαθὼν τίνα πεποιηκέναι οἱ πρότεροι δοῦλοι καὶ δεδοκιμηκότες, καὶ ὅτι πολλάκις ἐλευθερίας τετυχήκασι, ζηλοῖ ἐκείνους. Καὶ ἡμεῖς οὐκ ἦμεν δοῦλοι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ εἰδώλων καὶ δαιμόνων, ἐθνικοί, χθὲς καὶ πρώην προσεληλύθαμεν τῷ Θεῷ, ἀναγινώσκομεν τὴν γραφήν.

Ἴδωμεν τίς ἐδικαιώθη, τίς κατεδικάσθη, μιμησώμεθα τοὺς δικαιωθέντας, φυλαξώμεθα περιπεσεῖν τούτοις, οἷς περιπεπτώκασιν οἱ αἰχμαλωτισθέντες, οἱ ἐκβληθέντες ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐκ ἐφοβήθη ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα, καὶ ἐπορεύθη, καὶ ἐπόρνευσεν καὶ αὐτή. Πρότερον πεπορνεύ-

σαν-

σαντος τοῦ Ἰσραὴλ, πεπόρνευκεν ὕστερον καὶ Ἰούδα, καὶ ἐγένετο εἰς οὐδὲν ἡ πορνεία αὐτῆς· καὶ ἐμοίχευσε τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον. Ὅταν ἁμαρτάνωμεν, οὐδὲν ἄλλο ποιοῦμεν· καὶ λιθοκάρδιοι γινόμενοι μοιχεύομεν τὸν λίθον. Ὅταν ἁμαρτάνωμεν, καὶ πορνεύωμεν ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους, καὶ ἡμεῖς μοιχεύομεν τὸ ξύλον. Καὶ οὐκ ἐπεστράφη πρός με ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτῆς, ἀλλ' ἐπὶ ψεύδει. Εἰ ἐπεστρέψαμεν πρὸς τὸν Θεὸν, ἐλλιπῶς δὲ, ἐγκαλούμεθα ὡς οὐκ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπιστρέψαντες. Διὸ οὐκ εἶπε, Καὶ οὐκ ἐπέστρεψεν ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα, καὶ ἔστη· ἀλλὰ, Καὶ οὐκ ἐπεστράφη πρός με ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτῆς, ἀλλ' ἐπὶ ψεύδει ἐπέστρεψε. Ἡ οὖν ἀληθῶς ἐπιστροφή ἐστιν ἀναγνῶναι τὰ παλαιὰ, εἰδέναι τοὺς δικαιωθέντας, μιμήσασθαι αὐτοὺς, ἀναγνῶναι ἐκεῖνα, ἰδεῖν τοὺς μεμφθέντας, φυλάξασθαι προσπεσεῖν ταῖς μέμψεσιν ἐκείναις, ἀναγνῶναι τὰ βιβλία τῆς καινῆς διαθήκης, τῶν Ἀποστόλων τοὺς λόγους μετὰ τὸ ἀναγνῶναι γράψαι ταῦτα πάντα εἰς τὴν καρδίαν, βιῶσαι κατ' αὐτὰ, ἵνα μὴ καὶ ἡμῖν δοθῇ βιβλίον ἀποστασίου, ἀλλὰ δυνηθῶμεν ἡμεῖς ἐπὶ τὴν κληρονομίαν τὴν ἁγίαν μετὰ τοῦ πληρώματος τῶν ἐθνῶν σωθέντος, δυνηθῇ καὶ τότε ὁ Ἰσραὴλ εἰσελθεῖν.

ὡς ἐν τῷ προφήτῃ· Οἴμοι ψυχὴ, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς. Ἡ δὲ ψυχὴ ἀνθρωπίνη ἦν, διὰ τοῦτο καὶ τετάρακται· διὰ τοῦτο καὶ περίλυπος ἦν· ὁ δὲ Λόγος, ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, οὐ τετάρακται ἐκεῖνος, οὐκ ἂν λέγων τὸ Οἴμοι. Οὐδὲ γὰρ ὁ Λόγος ἐπιδέχεται θάνατον, ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινόν ἐστι τὸ τοῦτο ἐπιδεξάμενον, ὡς πολλάκις παρεστήσαμεν· Ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Ἐὰν ἴδῃς μοι τοὺς πανταχοῦ μάρτυρας δικαζομένους, καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν παρισταμένους τοῖς δικασταῖς, ὄψει τίνα τρόπον Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ἑκάστῳ τῶν μαρτύρων δικάζεται· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐν τοῖς μάρτυσι τῇ ἀληθείᾳ δικαζόμενος. Καὶ τοῦτο πεισθήσῃ παραδέξασθαι, βλέπων ὅτι οὐ σέ φησιν εἶναι ἐν φυλακῇ, ὅταν σὺ ᾖς ἐν φυλακῇ, ἀλλ' ἑαυτόν· οὐ σὲ πεινῶντα, ὅταν σὺ πεινᾷς, ἀλλ' ἑαυτόν· οὐ σὲ διψῶντα, ἀλλ' ἑαυτόν. Ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με· ἐπείνων, καὶ δεδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψων, καὶ ἐποτίσατε. Οὐκοῦν κἂν δικάζηται χριστιανὸς, οὐ δι' ἄλλό τι, οὐ διὰ τὰς ἰδίας ἁμαρτίας, ἀλλ' ὅτι χριστιανός ἐστι, Χριστός ἐστιν ὁ δικαζόμενος. Ἐν πάσῃ οὖν τῇ γῇ δικάζεται Χριστὸς Ἰησοῦς. Καὶ ὁσάκις οὖν χρι-

vt in Propheta: *Heu mihi anima,* Mich.
quia periit iustus de terra. Anima 7.2.
autem humana erat, quapropter etiam turbabatur; quapropter etiam tristabatur: at Verbum, quod erat in principio apud Deum, illud minimè turbabatur, neque dixerit istud *Heu.* Neque enim Verbum excipit mortem, sed humanitas illam suscipit, sicut sæpè ostendimus: *Quare genuisti me virum qui iu-* Iudicatus ab
dicer & discernar in omni terra? omnibus.
Si videris vbique Martyres iudicatos, in vnaquaque congregatione coram Iudicibus citatos, videbis quodammodò Iesum Christum in quolibet Martyre iudicari: ipse enim est qui in Martyribus reuerà iudicatur. Et hoc vt admittas persuadeberis, videns vt non te dicat esse in carcere, quando tu eras in carcere, sed semetipsum; non te esurientem, quando tu esuris, sed seipsum; non te sitientem, sed seipsum. *In carcere eram, & ve-* Matth.
nistis ad me: esuriui, & dedistis mihi 25.36.
manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Itaque quando iudicatur Christianus, non propter quid aliud, non propter sua peccata, sed quia Christianus est, Christus est qui iudicatur. In omni ergo terra iudicatur Christus Iesus. Quoties itaque iudicatur Chri-

Christus iudicatur in omnibus Christianis.

stianus, Christus est qui iudicatur non solùm in istis tribunalibus. Sed pone calumniis traduci Christianum, vtpote à quopiam accusatum, etiam tum Christus iniustè iudicatur. *Quare genuisti me virum qui iudicer & discernar in omni terra?* Quis igitur iudicat sermonem Christianum? quis gentium, licet absolutè non indaget illum? Quis Iudæorum non loquitur de Christianis? quis Græcorum? quis Philosophorum? quis priuatorum? Quin etiam sic intelliges, quomodo iudicetur & discernatur in omni terra. Vbique Iesus iudicatur & discernitur; & à quibusdam quidem condemnatur, ab aliis verò non damnatur: si non condemnetur, acceptus sit: aperis ei ostia? ingreditur ad te: credis in ipsum: si autem non susceperis de Christianismo certior factus, nil aliud fecisti quàm condemnare Iesum tamquam hominum impostorem, tamquam minimè veracem, eò quòd fidem non adhibueris sermoni quem docet. *Quare me genuisti virum qui iudicatur & discernitur in omni terra?* Quotquot quidem absolutè non credunt, condemnant ipsum; qui verò fidem non abrogant, sed ambigunt de ipso, discernunt circa ipsum. Duo

στιανὸς δικάζεται, Χριστός ἐστιν ὁ δικαζόμενος, οὐ μόνον ἐπὶ τούτων τῶν δικαστηρίων. Ἀλλὰ φέρε συκοφαντεῖσθαι χριστιανὸν, ἅτε παρά τινος ἐγκαλούμενον, καὶ τότε Χριστὸς ἀδίκως δικάζεται. Ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Τίς οὖν δικάζει τὸν χριστιανὸν λόγον; τίς τῶν ἐθνῶν, κἂν ἁπλῶς οὐκ ἐξετάζει αὐτόν; Τίς οὐ λέγει τῶν Ἰουδαίων τὰ περὶ χριστιανῶν; τίς τῶν Ἑλλήνων; τίς τῶν φιλοσόφων; τίς τῶν ἰδιωτῶν; Καὶ ἔτι δὲ οὕτως νοήσεις, πῶς δικάζεται καὶ διακρίνεται ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Πανταχοῦ Ἰησοῦς δικάζεται καὶ κρίνεται· καὶ ὑφ' ὧν μὲν καταδικάζεται, ὑφ' ὧν δὲ οὐ καταδικάζεται· ἐάν γε μὴ καταδικάζεται, παράδεκτος γίνεται· ἀνοίγεις αὐτῷ τὰς θυρίδας, εἰσέρχεται πρός σε· πιστεύεις εἰς αὐτόν· ἐὰν δὲ μὴ παραδέξῃ περὶ χριστιανισμοῦ ἀκούων, οὐδὲν ἄλλο πεποίηκας ἢ κατεδίκασας τὸν Ἰησοῦν ψευδόμενον ὡς πλανήσαντα τοὺς ἀνθρώπους, ὡς οὐκ ἀληθεύοντα, διὰ τοῦ μὴ πεπιστευκέναι τῷ λόγῳ ᾧ διδάσκει. Ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Ὅσοι μὲν τέλειον οὐ πιστεύουσι, καταδικάζουσιν αὐτόν· ὅσοι δὲ οὐκ ἀπιστοῦσιν, ἀλλὰ ἀμφιβάλλουσι περὶ αὐτοῦ, διακρίνονται περὶ αὐτοῦ. Δύο

πάσχει ὁ Ἰησοῦς ἐν ἀνθρώποις, ὑπὸ μὲν τῶν ἀπίστων καταδικάζεται, ὑπὸ δὲ διψύχων διακρίνεται. Ἐὰν φορέσῃς τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου ἀποθέμενος τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὐκ εἶ γῆ καταδικάζουσα αὐτὸν, οὐδὲ εἶ γῆ ἐν ᾗ καταδικάζεται· οὐκ ἔστι γῆ εἴη διακρίνουσα αὐτόν. Ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. Ὁ Ἀπόστολος λέγει περὶ τοῦ σωτῆρος, ὅτι ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας· καὶ ὁ προφήτης δὲ παραπλήσια τούτοις λέγει ἐν τῷ· Κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον· ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ ἐν πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ ἀτιμίας, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἀνομίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει. Αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Οὐκοῦν ἀνέλαβε τὴν ἀσθένειαν τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν, καὶ ἐφόρεσεν ἡμᾶς· καὶ ἦλθε πρὸς τοὺς καταρωμένους

patitur Iesus inter homines, ab infidelibus quidem condemnatur, à duplicibus verò discernitur. Si portaueris imaginem cælestis depositâ imagine terreni, non es terra condemnans eum, neque es terra in qua condemnetur; nec ampliùs terra sis discernens ipsum. *Fortitudo mea defecit in iis qui execrantur me.* Apostolus ait de Seruatore, quia crucifixus est ex infirmitate: sed & Propheta hisce similia dicit in isto: *Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Annuntiauimus in conspectu eius quasi paruulum: sicut radix in terra sitienti. Vidimus eũ, & non habebat speciem, neque decorem: sed species eius inhonorata, deficiens præ filiis hominum. Homo in plaga positus, & in labore, & sciens ferre infirmitatem; quia auersa est facies eius ab ignominia, despecta, & non reputata. Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet; & nos reputauimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: Disciplina pacis nostræ super eum: liuore eius nos sanati sumus.* Itaque assumpsit infirmitatem peccatorum nostrorum, & portauit nos; & venit ad eos qui diris ipsum

Ab infidelibus cōdemnatur, à duplicibus discernitur.

1. Cor. 15,49.

Isaiæ 53,1.

 deuo-

deuouebant, & fortitudo eius defecit, ab execrantibus de cælis descendentem. Simul enim assumpsit serui formam, & semetipsum exinaniuit, vt Apo-
Philip. 2,7. stolus ait: Quoniam *exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.* Defecit igitur, inquit, fortitudo mea in iis qui maledicunt mihi.

Videamus vtrùm ipsâ ratione dante præter dicta quid clarius etiam adferre possimus quoad illud, *Fortitudo mea defecit in*
Ioan. 1,9. *iis qui maledicunt mihi? Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*
Christus in quibus deficiat vel proficiat. Et qui compos est rationis, veræ lucis particeps existit. Rationis autem compos est omnis homo, hoc ipso quòd omnes homines sensum rationis participarint. In quibusdam quidem vis rationis creuit, in quibusdam verò defecit. Quod si videris animam perturbatam, & peccatricem, videbis ibi vim rationis deficere: sin videris animam sanctam & iustam, videbis vim rationis indies fructum facere. Et id quod de Iesu dictum est iustis conueniet. Neque enim in se-
Lucæ 2,52. metipso dumtaxat *Iesus proficiebat sapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum & homines.* Dicit igitur Verbum Filius Dei existens in eo qui ait: *Heu me ma-*

αὐτὸν, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ ἐξέλιπεν, ἀπὸ τῶν καταρωμένων ἀπ' οὐρανῶν καταβαίνοντος. Ἅμα γὰρ ἀνέλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καὶ ἑαυτὸν ἐκένωσεν, ὡς ὁ Ἀπόστολος εἶπεν· Ὅτι ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών. Ἐξέλιπεν οὖν, φησὶν, ἡ ἰσχύς μου ἐν τοῖς καταρωμένοις με.

Ἴδωμεν εἰ αὐτοῦ διδόντος τοῦ λόγου δυνάμεθα καὶ ἄλλο σαφέστερόν τι παρὰ τὰ εἰρημένα εἰπεῖν εἰς τὸ, Ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με; Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Καὶ ὃς ἐστι λογικὸς, μετέχει τοῦ ἀληθινοῦ φωτός. Λογικὸς δέ ἐστι πᾶς ἄνθρωπος, τῶν νῦν μετεχόντων λόγου πάντων ἀνθρώπων. Ἐν τισι μὲν ἡ ἰσχὺς τοῦ λόγου ηὔξησεν, ἐν τισι δὲ ἐκλείπει. Ἐὰν δὲ ἴδῃς ψυχὴν ἐμπαθῆ, καὶ ἁμαρτωλὸν, ὄψει ἐκεῖ τὴν ἰσχὺν τοῦ λόγου ἐπιλείπουσαν· ἐὰν δὲ ἴδῃς ψυχὴν ἁγίαν καὶ δικαίαν, ὄψει τὴν ἰσχὺν τοῦ λόγου ὁσημέραι καρποφοροῦσαν. Καὶ τὸ εἰρημένον περὶ Ἰησοῦ ἐφαρμόσει τοῖς δικαίοις. Οὐ γὰρ καθ' ἑαυτὸν μόνον ὁ Ἰησοῦς προέκοπτεν ἐν τῇ σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Λέγει οὖν ὁ Λόγος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὢν ἐν τῷ εἰπόντι· Οἴμοι ἐγὼ μήτηρ,

τηρ, καὶ τὰ ἑξῆς· ὅτι ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. Ὃς ἂν καταράσηται τῷ Λόγῳ, εὐθέως λαμβάνει τὴν κόλασιν ἐπὶ τῷ καταρᾶσθαι τῷ Λόγῳ, ἐπὶ τῷ μέμψασθαι τῇ διδασκαλίᾳ Ἰησοῦ· ἡ γὰρ ἰσχὺς τοῦ Ἰησοῦ ἐκλείπει ἐν τῷ τοιούτῳ, καὶ οὐκ ἔστιν ἰσχὺς Λόγου ἐν αὐτῷ. Ὡς πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἐὰν εὐλογήσῃς Ἰησοῦν, καὶ παραδέξῃ αὐτόν, ἡ ἰσχὺς τὸ ἐναντίον πάσχει ὃ πέπονθεν ἐν τοῖς καταρωμένοις αὐτόν. Ὡς γὰρ ἐκεῖ ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις· οὕτως ἐνταῦθα αὔξει ἐν τοῖς εὐλογοῦσι.

Γένοιτο κύριε κατευθυνάντων αὐτῶν, εἰ μὴ παρέστην σοι ἐν καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν. Τί γένοιτο κύριε; Ὁ δυνάμενος ἀφ' ἑαυτοῦ συναγαγέτω τὸ τοιοῦτον. Τὸ γένοιτο δέσποτα κύριε κατευθυνάντων αὐτῶν, γένοιτο ἰσχὺς ἐκλείπουσα ἐν τοῖς καταρωμένοις· ὅταν, μετὰ τὸ κακῶς με εἰπεῖν, τράπωσι τὴν εὐθεῖαν, καὶ αὐτὴν ὁδεύσωσι. Γένοιτο δέσποτα κατευθυνάντων αὐτῶν, εἰ μὴ παρέστην σοι. Εἶτα δικαιολογεῖται περὶ τῶν κακολογούντων αὐτὸν λέγων· Εἰ μὴ παρέστην σοι ἐν καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν. Παρέστη τῷ Πατρὶ, ἱλασμὸς ὢν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ παρεκάλεσε περὶ αὐτῶν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῶν κακῶν ἡμῶν. Ἀλλ' ὄντων τῶν ἁμαρτωλῶν ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ

ter, &c. quia *fortitudo mea defecit in eis qui maledicunt mihi.* Qui maledixerit Verbo, confestim pœnas dat maledictionis Verbi, eò quòd doctrinam Iesu contempserit: nam fortitudo Iesu defecit in tali, & non est fortitudo Verbi in ipso. Sicut vicissim è diuerso, si benedixeris Iesum, atque susceperis ipsum, fortitudo eius contrario modo se habet quàm in ijs qui ipsi maledicebant. Sicut enim isthic in maledicentibus deficiebat; ita hîc augetur in benedicentibus.

Vers. 11.

Christus adstitit pro nobis in tempore malorum.

Fiat Domine dirigentibus illis, si non astiti tibi in tempore malorum eorum. Quid fiat Domine? Qui potens est colligat hoc quod est istiusmodi. Hoc fiat Dominator Domine dirigentibus illis, fiat fortitudo quæ deficit in maledicentibus; quando, postquam malè mihi dixerint, in rectam viam reuertantur, eamque terant. *Fiat Domine dirigentibus illis, si non astiti tibi.* Deinde causam allegat ex maledicentibus ipsi dicens: *Si non astiti tibi in tempore malorum eorum.* Astitit Patri, cùm sit propitiatio pro peccatis nostris, & pro iis aduocatum egit in ipso tempore malorum nostrorum. Ceterùm cùm peccatores essemus, Christus pro

1. Ioan. 2,2.

nobis mortuus eſt. *Si non aſtiti tibi in tempore malorum eorum, in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum.* Etiam in tempore tribulationis ipſorum, inquit, contra inimicum ego aſtiti tibi pro eis. Quis autem inimicus, niſi aduerſarius noſter diabolus, qui afflixit nos; & perſpicuè in tempore ipſius contra homines inimicitiæ adſtitit Seruator noſter Patri, & rogauit pro noſtra captiuitate, vt redimeremur, atque ab inimico liberaremur. Hæc quidem Seruator ſeu Propheta dixerit: nam & Propheta iſtiuſmodi dixiſſe potuit, & pro populo oraſſe in tempore malorum eorum.

Adhæc quid iis reſpondet Deus contra populum à Propheta vel à Chriſto accuſatum? Et hæc ait

Verſ. 12. ad illum: *Ferrum & operimentum æneum fortitudo tua.* Dura, obſtinata, minimè ductilis, ceu ſectilis quæpiam ac diuidens eſt fortitudo tua, cùm non ſit for-

Verſ. 13. titudo in bonum. *Et theſauros tuos in direptionem dabo, commutationem propter omnia peccata tua.* Quos theſauros peccatorum dat in direptionem Deus, & dat ipſos commutationem propter omnia peccata ipſorum? vtrùm fortè quos in terra ſibi theſaurizauerant.

Deus dedit theſauros Iudæorũ in direptionẽ.

ἡμῶν ἀπέθανεν. Εἰ μὴ παρέστην σοι ἐν καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν, ἐν καιρῷ τῆς θλίψεως αὐτῶν εἰς ἀγαθὰ πρὸς τὸν ἐχθρόν. Καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς θλίψεως αὐτῶν, φησί, τὸ πρὸς τὸν ἐχθρὸν ἐγὼ παρέστην σοι ὑπὲρ αὐτῶν. Τίς δὲ ὁ ἐχθρὸς, ἢ ὁ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος, ὃς ἔθλιψεν ἡμᾶς· καὶ σαφῶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἔχθρας ἐκείνου τῆς κατὰ τῶν ἀνθρώπων παρέστη τῷ Πατρὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ ἐδεήθη περὶ τῆς ἡμετέρας αἰχμαλωσίας, ἵνα λυτρωθῶμεν, καὶ ῥυσθῶμεν ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ. Ταῦτα μὲν ὁ σωτὴρ ἢ ὁ προφήτης εἰρηκέτω· καὶ γὰρ ὁ προφήτης δύναται τὰ τοιαῦτα εἰρηκέναι, καὶ ηὖχθαι περὶ τοῦ λαοῦ ἐν τῷ καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν.

Ἔπι τούτοις τί ἀποκρίνεται ὁ Θεὸς πρὸς τὸν λαὸν τὸν κατηγορηθέντα ὑπὸ τοῦ προφήτου ἢ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ; Καὶ ταῦτα λέγει πρὸς αὐτόν· Σίδηρος καὶ περιβόλαιον χαλκοῦν ἡ ἰσχύς σου. Σκληρὰ, ἀνένδοτος, οὐκ ἐλαυνομένη, οἷον τμητική τις καὶ διαιροῦσα ἡ ἰσχύς σου, οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ οὖσα ἰσχύς. Καὶ θησαυρούς σου εἰς προνομὴν δώσω, ἀντάλλαγμα διὰ πάσας τὰς ἁμαρτίας σου. Τίνας θησαυροὺς τῶν ἁμαρτανόντων δίδωσιν εἰς προνομὴν ὁ Θεὸς, καὶ δίδωσιν αὐτοὺς ἀντάλλαγμα διὰ πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν; πότερον ποτὲ τοὺς ἐπὶ γῆς θησαυριζομένους αὐτοῖς.

Ἔκα-

Ἕκαστος γὰρ τῶν ἀνθρώπων θησαυρίζει· εἰ μὲν φαῦλός ἐστιν, ἐπὶ γῆς· εἰ δὲ ἀστεῖος, ἐν οὐρανῷ· ὡς ἐδιδάχθημεν ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου. Ἢ λέγει τῷ λαῷ ἐκείνῳ, ὅτι μέλλω διὰ τὰ ἁμαρτήματά σου τοὺς θησαυρούς σου διδόναι εἰς προνομήν. Ἦν δὲ εἷς τῶν θησαυρῶν Ἱερεμίας, ἄλλος θησαυρὸς Ἡσαΐας· θησαυρὸς ἦν καὶ Μωσῆς· τούτους τοὺς θησαυροὺς ἔλαβεν ὁ Θεὸς ἀπ' ἐκείνου τοῦ λαοῦ (καὶ διὰ Χριστοῦ εἰπόντος· Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς·) καὶ ἔδωκεν ἡμῖν. Δώσω οὖν διὰ τὰς ἁμαρτίας σου τοὺς θησαυρούς σου εἰς προνομήν· καὶ ἔδωκε τοὺς θησαυροὺς τοῦ λαοῦ ἐκείνου ἡμῖν. Πρῶτοι γὰρ ἐκεῖνοι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ· εἶτα μετ' ἐκείνους ἡμεῖς ἐπιστεύθημεν, ἀρθέντων τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ ἀπ' ἐκείνων, καὶ δοθέντων ἡμῖν· καὶ λέγομεν τὸ, Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς, εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ σωτῆρος, καὶ πεπληρῶσθαι. Οὐχ' ὅτι ἤρθη ἀπ' αὐτῶν ἡ γραφὴ· ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔστι ἔχουσι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, τῷ μὴ θεωρεῖν τὸν ἐν αὐτοῖς νοῦν· ἔχουσι γὰρ τὰ Βιβλία. Ἀλλὰ πῶς ἤρθη ἀπ' αὐτῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ; Ὁ νοῦς τῶν γραφῶν ἤρθη ἀπ' αὐτῶν. Οὐκέτι σώζεται διήγησις παρ' αὐτοῖς

Vnusquisque enim hominum thesaurizat: si quidem improbus fuerit, in terra; sin probus, in cælo; prout ab Euangelio edocti sumus. Vel ait populo isti, quia propter peccata tua datu- rus sum omnes thesauros tuos in direptionem. Erat autem vnus è thesauris Ieremias, alius thesaurus Isaias; thesaurus erat & Moyses: hosce thesauros abstulit Deus à populo isto (etiam propter Christum qui ait: *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius;*) & dedit nobis. Dabo igitur propter peccata tua thesauros tuos in direptionem: & dedit thesauros populi illius nobis. Primùm enim illis concredita erant oracula Dei; deinde post illos nobis, ablatis oraculis Dei ab illis, ac datis nobis; ac dicimus istud, *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*, à Seruatore dictum, & impletum esse. Non quòd ablata sit ab eis Scriptura: sed modò non ampliùs habent Legem & Prophetas, eò quòd non contemplentur eum, qui iis inest, sensum: habent enim Biblia. At quomodo ablatum est ab eis Regnum Dei? Sensus Scripturarum ablatus est ab eis. Non ampliùs salua est apud illos expo-

Matth. 21,43.

expositio legalis, vel prophetica, sed legunt, & non intelligunt. Nam impletum est per Christi
Matth. 13,14. aduentum illud : *Dixi* populo isti : *Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius.* Impletum quoque quod dictum est per
Isaiæ 3,1. Isaiam : *Aufert Dominus de Iudæa & de Ierusalem validum & validam, gigantem & hominem bellatorem, iudicem & Prophetam, & coniectorem, & sapientem architectum, & prudentem auditorem.*
Thesauri Dei dati sunt nobis. Hæc omnia abstulit Deus ab illis, & dedit Euangelium nobis qui sumus ex Gentibus. Hæc propter istud : *Et thesauros tuos in direptione dabo, commutationem propter omnia peccata tua, & in cunctis terminis tuis.* Ac si diceret : Propter peccata tua, quæ ad omnes terminos tuos
ἐφθακυίας pervenerunt pertinent. Nullus enim terminus populi istius est, qui peccato non scateat. Et quomodo omnis terminus eorum non impleretur peccato propter illos, qui quantum in ipsis erat occisum ibant iustitiam, cùm Christus iustitia sit; occisum ibant sapientiam, cùm Christus sapientia sit; occisum ibant veritatem, cùm Christus veritas sit. Per hoc enim quod condemnarunt ad

νομικὴ ἢ προφητικὴ, ἀλλ' εἰσὶν ἀναγινώσκοντες, καὶ μὴ νοοῦντες. Πεπλήρωται γὰρ διὰ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίαν τὸ : Εἶπον τῷ λαῷ ἐκείνῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου. Πεπλήρωται καὶ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἡσαΐου : Ὅτι ἀφελεῖ κύριος ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, γίγαντα καὶ πολεμιστὴν ἄνθρωπον, δικαστὴν καὶ προφήτην, καὶ στοχαστὴν, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν. Ταῦτα πάντα ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς ἀπ' ἐκείνων, καὶ ἔδωκεν Εὐαγγέλιον ἡμῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Ταῦτα διὰ τό· Καὶ τοὺς θησαυρούς σου εἰς προνομὴν δώσω, ἀντάλλαγμα διὰ πάσας τὰς ἁμαρτίας σου, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις σου. Ὡσεὶ ἔλεγε· Διὰ τὰς ἁμαρτίας σου, τὰς ἐπὶ πάντα τὰ ὅριά σου ἐφθακυίας. Οὐδὲν γὰρ ὅριον ἐκείνου τοῦ λαοῦ ἐστιν, ὃ ἁμαρτίας οὐ πεπλήρωται. Καὶ πῶς πᾶν ὅριον αὐτῶν οὐκ ἔμελλεν ἁμαρτίας πληροῦσθαι ἐπ' αὐτοῖς, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἀποκτεινάντων δικαιοσύνην, εἰ Χριστὸς δικαιοσύνη· ἀποκτεινάντων τὴν σοφίαν, εἰ Χριστὸς σοφία· ἀποκτεινάντων ἀλήθειαν, εἰ Χριστὸς ἀλήθεια. Διὰ γὰρ τοῦ καταδεδικακέναι ἐπὶ θανά-

θανάτῳ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ταῦτα πάντα ἀπέβαλον, καὶ ἀπώλεσαν. Καὶ ἀναστάς μου ὁ κύριος Ἰησοῦς ἐκ νεκρῶν, οὐκ ἔτι ἐφάνη τοῖς ἀποκτείνασιν αὐτόν· οὐ γὰρ ἔχομεν ἐν τῇ ἱστορίᾳ ὅτι ἐφάνη τοῖς ἀποκτείνασιν αὐτὸν, ἀλλὰ μόνοις τοῖς πιστεύουσιν ἐφάνη ἀναστὰς ἀπὸ νεκρῶν.

Καὶ καταδουλώσω σε ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου ἐν τῇ γῇ ᾗ οὐκ ᾔδεις. Καταδεδούλωται ὁ λαὸς ἐκεῖνος ἐν τοῖς ἐχθροῖς, καὶ γέγονεν ἐν τῇ γῇ ᾗ οὐκ ᾔδει. Ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, ἐφ' ὑμᾶς καυθήσεται. Μετὰ ταῦτα καὶ τοὺς λόγους τῶν ἀπειλῶν τῶν εἰρημένων πρὸς τὸν λαὸν ἀνωτέρω δεξάμενος συμπληροῖ τὸν λόγον, καὶ συνάπτεται, φησι, τοῖς προειρημένοις ταῦτα σὺ ἔγνως. Κύριε μνήσθητί μου, καὶ ἐπίσκεψαί με, καὶ ἀθῴωσόν με ἀπὸ τῶν καταδιωκόντων με, μὴ εἰς μακροθυμίαν. Καὶ ὁ προφήτης λεγέτω ταῦτα διωκόμενος ὑπὸ τῶν ἐλεγχομένων, μισούμενος ὑπὸ τῶν τὴν ἀλήθειαν μὴ χωρούντων· ἐχθρὸς γὰρ γέγονε τοῖς ἀκούουσιν ἀληθεύων αὐτοῖς. Ταῦτα δὲ καὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν λεγέτω, ὅστις καὶ ἐδιώχθη ὑπὸ τοῦ λαοῦ, καί φησι, μὴ εἰς μακροθυμίαν. Τί ἐστι τὸ, μὴ εἰς μακροθυμίαν; Ἐμακροθύμησας ἀεὶ ἐπὶ τὸν λαὸν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν· ἐπὶ

mortem Filium Dei, hæc omnia proiecerunt, & perdiderunt. Et Dominus meus Iesus à mortuis resurgens, non ampliùs apparuit eis qui ipsum occiderunt: non enim habemus in historia ipsum apparuisse occisoribus suis, sed solis credentibus apparuit à mortuis resurgens.

Et seruire te faciam in omnibus Vers.
inimicis tuis in terra quam non 14.
nouisti. In seruitutem redactus est populus iste ab inimicis, & fuit in terra quam non nouerat. *Quia ignis accensus est è furore meo, super vos ardebit.* Post hæc etiam sermones comminatorios ad populum superiùs recensitos imprecatus complet orationem, & cum prædictis, inquit, vniuersa hæc tu nosti. *Domine recor-* Vers.
dare meî, & visita me, & tuere 15.
me ab his qui persequuntur me, non in longanimitate. Etiam Propheta hæc dixerit persecutionem passus à reprehensoribus, odio habitus ab iis qui non capiebant veritatem: inimicus enim factus est auditoribus cùm ipsis diceret veritatem. Ceterùm hæc etiam Seruator dixerit, qui à populo quoque persecutionem passus fuit, & addit, *non in longanimitate.* Quid est istud, *non in longanimitate?* Longanimiter egisti semper cum populo de peccatis; sed su-

Post Christ. & occisum non egit Deus longanimiter cum Iudæis.

per his quæ in me attentarunt minimè vteris longanimitate. Et reuerà Deus non longanimiter egit, si exquisieris tempora passionis & ruinæ Ierusalem, atque subuersionis ciuitatis, & quâ ratione Deus populum istum deseruerit à cæde Christi; videbis vt minimè longanimiter ampliùs vsus sit populo isto. Si velis, audi, à decimo quinto anno Tiberij Cæsaris vsque ad euersionem templi quadraginta & duo expleti sunt anni. Oportebat nimirum exiguum quid temporis concedi ad pœnitentiam, præsertim propter eos qui erant credituri de populo ex signis ac portentis ab Apostolis edendis.

Vers. 16. *Scito, quoniam accepi pro te opprobrium ab his qui reprobant sermones tuos.* Est Propheta qui hæc ait, contemptui habitus propter ea quæ dixerat, & reprobatus à peccatoribus: Ipse enim, inquit, mansi subsannatus: opprobrium videlicet sustinebat reprobantium eos quos de Deo habebat sermones; & rogat vt pro opprobrio à Deo auxilium consequatur dicens: *Scito, quoniã accepi pro te opprobrium ab his qui reprobant sermones tuos: consumma eos.* Dixerit hoc Propheta; magis tamen congruit istud,

ἢ τοῖς κατ' ἐμοῦ τετολμημένοις μὴ μακροθυμήσῃς. Καὶ ἀληθῶς ὁ Θεὸς οὐκ ἐμακροθύμησεν, ἐὰν ἐξετάσῃς τοὺς χρόνους τοῦ πάθους καὶ τῆς πτώσεως Ἱερουσαλήμ, καὶ κατασκαφῆς τῆς πόλεως, καὶ τίνα τρόπον ἐγκατέλιπεν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν ἐκεῖνον ἐπεὶ τὸν Χριστὸν ἀπέκτειναν· ὄψει ὅτι οὐκ εἰς μακροθυμίαν ἔτι ἐχρήσατο τῷ λαῷ. Εἰ γὰρ θέλεις, ἄκουε, ἀπὸ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος ἐπὶ τὴν κατασκαφὴν τοῦ ναοῦ τεσσαράκοντα καὶ δύο πεπλήρωνται ἔτη. Ἔδει γὰρ ὀλίγον τινὰ χρόνον συγχωρηθῆναι εἰς μετάνοιαν, μάλιστα διὰ τοὺς πιστεύειν μέλλοντας ἀπὸ τοῦ λαοῦ ἐκ τῶν σημείων καὶ τῶν τεράτων τῶν ἐσομένων ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων.

Γνῶθι, ὡς ἔλαβον περὶ σοῦ ὀνειδισμὸν ὑπὸ τῶν ἀθετούντων τοὺς λόγους σου. Ἔστιν ὁ προφήτης λέγων, καὶ ἐξουθενημένος ἐφ' οἷς ἔλεγεν, ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν ἀθετούμενος· φησὶ γὰρ αὐτὸς διετέλεσα μυκτηριζόμενος· ὠνειδίζετο οὖν ὑπὸ τῶν ἀθετούντων τοὺς λόγους τοὺς δι' αὐτοῦ λαλουμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· καὶ εὔχεται ἐπὶ τῷ ὀνειδισμῷ βοηθηθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λέγων· Γνῶθι, ὡς ἔλαβον περὶ σοῦ ὀνειδισμὸν ὑπὸ τῶν ἀθετούντων τοὺς λόγους σου· συντέλεσον αὐτούς. Λεγέτω προφήτης· ἀλλὰ μᾶλλον ἁρμόζει τῷ

Σωτῆ-

Συντέλεσον αὐτοὺς, λεγόμενον ὑπὸ τοῦ σωτῆρος. Συντέλεια γὰρ ἦλθε περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸν λαὸν, ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ λαοῦ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. Μετὰ ταῦτα ἀναγκαῖον διὰ τὸ πολλὰ πεπονθέναι τοὺς προφήτας ἐλέγχοντας, καὶ τὸν λόγον προσβάλλοντας, καὶ λαλοῦντας τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὑπομνῆσαι, τοὺς ἀκροατὰς περὶ τοῦ βίου αὐτῶν, καὶ τῆς ἐπαγγελίας αὐτῶν, καὶ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως, ἵνα κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, εἰ θέλομεν, μετὰ τῶν προφητῶν ζηλώσωμεν. Ὃ δὲ λέγω τοιοῦτόν ἐστι· Πολλάκις ἐν ταῖς εὐχαῖς λέγομεν, Θεὲ παντοκράτορ τὴν μερίδα ἡμῶν μετὰ τῶν προφητῶν δός· τὴν μερίδα ἡμῶν μετὰ τῶν Ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ σου, δὸς ἵνα εὑρεθῶμεν καὶ μετ᾽ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Ταῦτα δὲ λέγοντες, οὐκ αἰσθανόμεθα τί εὐχόμεθα· δυνάμει γὰρ τοῦτο φαμέν· Δὸς ἡμᾶς παθεῖν ἃ πεπόνθασιν οἱ προφῆται· δὸς καὶ ἡμᾶς μισηθῆναι ὡς ἐμισήθησαν οἱ προφῆται· λόγοις τοιούτοις δὸς, ἐφ᾽ οἷς μισηθησόμεθα· δὸς τοιαύταις περιστάσεσι περιπεσεῖν αἷς οἱ Ἀπόστολοι. Τὸ γὰρ λέγειν, Δός μοι μερίδα μετὰ τῶν προφητῶν, μὴ παθόντα τὰ τῶν προφητῶν, μηδὲ παθεῖν θέλοντα, ἄδικόν ἐστι. Τὸ λέγειν, Δός μοι μερίδα μετὰ τῶν Ἀποστόλων, μὴ

Consumma eos, vt dictum sit à Seruatore. Nam consummatio venit super Ierusalem & populum, propter ea quæ ex insidiis populi in Seruatorem fuerant patrata. Ceterùm cùm multa perpessi sint Prophetæ dum alios reprehendunt, & verbum Dei prædicant,& ea quæ à Deo præcepta sunt promulgant, necesse est admonere auditores de vita eorum, & de promissis eorum, & nostra libertate, vt pro virili nostro, si velimus, vnà cum Prophetis zelum induamus. Quod autem dico est istiusmodi: Frequenter in precationibus dicimus, Deus omnipotens partem nobis cum Prophetis da; partem nostram fac Apostolis Christi tui, da vt etiam cum ipsomet Christo inueniamur. Hæc autem cùm proferimus, minimè percipimus quid oremus: nam virtute hoc dicimus: Da nobis vt patiamur ea quæ perpessi sunt Prophetæ; da vt odio habeamur prout illi odio sunt habiti; sermones istiusmodi da, ob quos odium subeamus; da vt in tanta quanta Apostoli pericula incidamus. Dicere enim, Da mihi partem cum Prophetis, nec perpeti quę sunt Prophetarum, neq; pati velle, iniquũ est. Dicere, Da mihi partem cum Apostolis, nec vel-

Petentes partem cũ Christo & Prophetis quid petamus.

velle ex affectu Pauli cum veri-
2.Cor. 11,23. tate dicere, *In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus frequenter*, &c. omnium est iniquissimum. Si igitur Prophetis annumerari vis, contemplare vitas Prophetarum, vt ex reprehensione, ex increpatione, ex obiurgatione in ius vocati, iudicati, condemnati sint. *Lapidati*
Hebr. 11,37. *sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ.* Quid igitur mirum, si quis volens imitari vitam propheticam, reprehendens, increpans peccatorem, maledicta recipiat, odio habeatur, insidiis expetatur? prout etiamnum in præsentiarum oporteret esse talem in Ecclesia Dei. Damnatus est quispiam, quòd sedens fecerit hæc vel illa; oportebat sumi Ecclesiasticam vindictam; & sumpta est, functus est officio suo, cui id muneris erat iniunctum. Circuit ille conuitia conge-
Gloriosum pro Deo & virtute pati. rens in vindicem veritatis. At nos hoc solùm agamus, ne aures præbeamus iis, qui, quòd eiecti sint, maledicta iaciunt in exturbatorem, vel

θέλοντα ἀπὸ διαθέσεως Παύλου ἀληθεύοντα εἰπεῖν, Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις, καὶ τὰ ἑξῆς, πάντων ἐστὶν ἀδικώτατον. Εἰ γὰρ οὖν θέλεις μετὰ τῶν προφητῶν γενέσθαι, ὅρα τοὺς βίους τῶν προφητῶν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐλέγχειν, ἐκ τοῦ ἐπιτιμᾶν, ἐκ τοῦ ἐπιπλήσσειν ἐδικάζοντο, διεκρίνοντο, κατεδικάζοντο. Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον· περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ἐπ᾽ ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Τί οὖν παράδοξον, εἰ θέλων τις ζηλοῦν τὸν βίον τὸν προφητικὸν, ἐλέγχων, ἐπιπλήσσων τὸν ἁμαρτάνοντα, κακολογεῖται, μισεῖται, ἐπιβουλεύεται; ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἔδει γενέσθαι τοιοῦτον εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Κατεγνώσθη ὁ δεῖνα, ὅτι καθεζόμενος ἐποίει τάδε ἢ τάδε· ἔδει γενέσθαι ἐκκλησιαστικὴν ἐκδικίαν· καὶ γέγονε, πεποίηκεν ὁ ἐγκεχειρισμένος, τὸ ἔργον ὃ ἔδει αὐτὸν πεποιηκέναι. Περιέρχεται ἐκεῖνος λέγων κακῶς τὸν ἐκδικήσαντα τὴν ἀλήθειαν. Ἀλλ᾽ ἡμεῖς τοῦτο μόνον ποιῶμεν, μὴ παρέχωμεν τὰς ἀκοὰς τοῖς διὰ τὸ ἐκβεβλῆσθαι λέγουσι κακῶς τὸν ἐκβάλλοντα, ἢ

τὸν

τὸν σύμψηφον γινόμενον. Καὶ γὰρ ἀδικίας ἐλεγχομένης, καὶ ἐκδικίας γεγενημένης, οἱ θαυμάσιοι Ἀπόστολοι μυρία ὑβριζόμενοι διὰ τὴν ἀλήθειαν λέγουσιν· Εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσι, καὶ ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, καὶ στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ· μόνον εἴη μοι ὑβριζομένῳ εἰδέναι, ὅτι οὐ δι' ἄλλο τι ὑβρίζομαι ἢ διὰ Χριστὸν, ἐν ἀνάγκαις γινόμενον εἰδέναι, ὅτι ἡ ὑπόθεσις τῶν ἀναγκαίων ὁ Χριστός ἐστιν. Εἴη με λοιδορούμενον εἰδέναι, ὅτι ἡ πρόφασις τῆς λοιδορίας οὐκ ἔστιν ἄλλη, ἢ ὅτι ἐκδικῶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ πρεσβεύω ὑπὲρ τῶν γεγραμμένων, ἵνα κατὰ λόγον Θεοῦ πάντα γίνηται, καὶ διὰ τοῦτο βλασφημοῦμαι. Καὶ ἡμεῖς οὖν πάντες, ὅση δύναμις, σπουδάσωμεν ἐπὶ τὸν βίον τὸν προφητικὸν, ἐπὶ τὸν βίον τὸν Ἀποστολικὸν, τὸ ὀχληρὸν μὴ φεύγοντες. Ἀθλητὴς γὰρ ἂν φύγῃ τὸ τῆς ἀθλήσεως ὀχληρὸν, τὸ ἡδὺ τοῦ στεφάνου οὐκ ἀπολήψεται.

Καὶ ἔσται ὁ λόγος σου ἐμοὶ εἰς εὐφροσύνην. Οὐκ ἔστι νῦν, ἀλλ' ἔσται. Ἐπεὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος ὁ λόγος σου ἐμοὶ εἰς φυλακὰς, εἰς δίκας, εἰς πράγματα, εἰς δυσφημίας, εἰς πόνους, ἀλλὰ τὸ τέλος τούτων εὐφροσύνη ἐστί. Καὶ ἔσται ὁ λόγος σου ἐμοὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ χαρὰν

approbatorem. Etenim iniquitate reprehensâ, & vltione sumptâ, admirabiles Apostoli millenis propter veritatem iniuriis affecti dicunt: Complaceo in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo; tantummodò hoc mihi iniuriis affecto contingat, vt sciam me nullam aliam ob causam contumeliam pati quàm propter Christum, vt in necessitatibus constitutus intelligam, non aliud earumdem argumentum esse præter Christum. Obtingat mihi contumeliis onerato nosse, non aliam esse conuitiorum occasionem, quàm quòd vindicem veritatem, & legatione fungar pro iis quæ scripta sunt, vt secundùm verbum Dei fiant omnia, & idcircò blasphemer. Nos igitur etiam omnes, quoad valemus, ad vitam propheticam, ad vitam Apostolicam contendamus, molestiam minimè fugientes. Nam si pugil certaminis molestiam fugerit, coronæ suauitatē non percipiet.

Et erit mihi verbum tuum in lætitiam. Non est modò, sed erit. Cùm enim in præsentiarum verbum tuum mihi sit in carceres, in pœnas, in difficultates, in ignominias, in labores, finis tamen horum lętitia est. *Et erit verbum tuum mihi in lętitiam & gaudium cordis*-

cordis mei; quoniam inuocatum eſt
nomen tuum ſuper me Domine om-
nipotens. Et ſi Chriſtus dixerit
quoque nomen Patris inuoca-
Verſ. 17. tum eſſe ſuper ſe, *non ſedi in con-*
ſeſſu ipſorum ludentium. Si quan-
do videret Propheta conſeſſum
non diligentium, ſed ludentium,
fugiebat potiùs iis aggregari,
quàm feſtinaret ad ludentium
Ludentes fugiendi. congregationem. Intelligere igi-
tur oportet differentiam conſeſ-
ſus ludentium, & seriò agen-
tium. Hic conſeſſus probus eſt,
& agit omnia diligenter, & di-
ut in proverbio est gno ſe ſtudio. Et, prout dictum
eſt, ſtudium eſt ſermo, ſtudium
eſt vita, & omnino eſt conſeſſus
minimè ludentium, ſed diligen-
tium. Quando autem conſeſſus,
relicto rerum neceſſariarum ſtu-
dio, ſæculi huius crepundiis at-
que terrenæ malitiæ luſibus va-
cauerit, fit conſeſſus ludentium.
Hic igitur ait: *Non ſedi in conſeſ-*
ſu ipſorum ludentium: ſed metue-
bam à facie tua. Duobus propo-
ſitis, ſcilicet ſedere in conſeſſu
ludentium, & te Deum offen-
dere, tibique non placere; vel
ſurgere à conſeſſu ludentium, &
ea quæ tibi placent agere; eli-
gebam potiùs ſurgere à conſeſſu
ludentium, & tibi eſſe amicus,
quàm contrarium agendo ini-

καρδίας μου· ὅτι ἐπικέκληται τὸ ὄνομά σου ἐπ' ἐμὲ κύριε παντοκράτορ. Κἂν Χριστὸς λέγῃ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς ἐπικέκληται ἐπ' αὐτὸν, οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων. Εἴ ποτε ἑώρακα τὸ συνέδριον ὁ προφήτης οὐ σπουδαζόντων, ἀλλὰ παιζόντων, ἔφευγε μᾶλλον τὸ συνάγεσθαι, ἤπερ ἔσπευδεν ἐπὶ συναγωγὴν παιζόντων. Νοῆσαι οὖν δεῖ διαφορὰν συνεδρίου παιζόντων, καὶ σπουδαζόντων. Τὸ συνέδριον τοῦτο σπουδαῖόν ἐστι, καὶ πάντα ποιεῖ μετὰ σπουδῆς, καὶ σπουδῆς ἀξίως. Καὶ, κατὰ τὸ λεγόμενον, σπουδὴ ὁ λόγος, σπουδὴ ὁ βίος, καὶ πάντη ἐστὶ τὸ συνέδριον οὐ παιζόντων, ἀλλὰ σπουδαζόντων. Ὅταν δὲ τὸ συνέδριον, καταλιπὸν τὴν σπουδὴν τῆς περὶ τὰ ἀναγκαῖα, σχολάζῃ τοῖς παιγνίοις τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ παιγνίοις τοῖς ἀπὸ γῆς κακίας, γίνεται συνέδριον παιζόντων. Φησὶν οὖν ἐνταῦθα· Οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων· ἀλλ' εὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου σου. Δύο προκειμένων, ἤγουν καθέζεσθαι ἐν συνεδρίῳ παιζόντων, καὶ σοὶ τῷ Θεῷ προσκόπτειν, καὶ σοὶ μὴ ἀρέσκειν· ἢ ἐγείρεσθαι ἀπὸ συνεδρίου παιζόντων, καὶ ποιεῖν ταῦτα ἃ σοὶ φίλον ἦν· εἱλόμην μᾶλλον ἀνίστασθαι ἀπὸ τοῦ συνεδρίου παιζόντων, καὶ σοὶ φίλος εἶναι, ἤπερ τὸ ἐναντίον ποιῶν ἐχθρὸς

πρὸς γίνεσθαι τῇ μακαριότητί σου. Οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων· ἀλλ' εὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου. Καὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν οὐκ ἐκάθισεν ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων, ἀλλ' ἀπανέστη ἀπ' αὐτῶν. Καὶ σημεῖόν ἐστι τοῦ ἐγηγέρθαι τὸν σωτῆρα ἀπὸ συνεδρίου παιζόντων, τὸ εἰρηκέναι αὐτόν· Ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. Καταλέλοιπε γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ τὸ Ἰουδαίων συνέδριον, καὶ ἄλλο συνέδριον καὶ Ἐκκλησίαν ἑαυτῷ πεποίηκε τὴν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν.

Κατὰ μόνας ἐκαθήμην. Καὶ τὰ ῥήματα ἐνταῦθα οἰκοδομεῖ, ὅταν πλῆθος ᾖ ἁμαρτωλῶν, καὶ μὴ φέρωσι τὸν δίκαιον βιοῦντα. Καὶ ὡς οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι φεύγοντα τὸ συνέδριον τῆς κακίας μιμήσασθαι τὸν εἰπόντα, Κατὰ μόνας ἐκαθήμην, μιμήσασθαι καὶ τὸν λέγοντα Ἡλίαν· Κύριε τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, τὰ θυσιαστήρια σου κατέσκαψαν· κἀγὼ ὑπελείφθην μονώτατος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου λαβεῖν αὐτοῖς. Τάχα δὲ, κἂν βαθύτερον ἐξετάσῃς τὸ, Κατὰ μόνας ἐκαθήμην, εὑρήσεις τινὰ ἄξιον νοῦν βάθους προφητικοῦ, ὅταν τὸν τῶν πολλῶν βίον μιμώμεθα· ὥστε μὴ εἶναι ἀνακεχωρηκότα αὐτὸν, καὶ κρείττονα καὶ ἐξαίρετον παρὰ τοὺς πολλοὺς, οὐ δύναμαι λέγειν, Κατὰ μόνας ἐκαθήμην, ἀλλὰ, Μετὰ πολλῶν ἐκαθήμην.

micus existere beatitati tuæ. *Non sedi in consessu ipsorum ludentium: sed metuebam à facie manus tuæ.* Etiam Seruator noster non sedit in consessu ipsorum ludentium, sed surrexit ab eis. Et signum est Seruatorem surrexisse à consessu ludentium, eò quòd dixerit: *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Dereliquit enim Verbum Dei consessum Iudæorum, aliumque consessum & Ecclesiam sibimetipse ex Gentibus fecit.

Solus sedebam. Etiam verba hîc ædificat, quando multitudo erat peccatorum, & non ferebant iustum viuentem. Et sicut nil absurdi est fugientem consessum malitiæ imitari dicentem, *Solus sedebam*, imitari Heliam dicentem: *Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua destruxerunt; & ego derelictus sum solus, & quærunt animam meam tollere sibi.* Fortassis, si etiam profundiùs scrutatus fueris istud, *Solus sedebam*, inuenies aliquem sensum dignum profunditate propheticâ, quando vitam multorum imitamur; ita vt non sit qui recedat ab ea, & melior atque eximius sit præ multis, non possum dicere, *Solus sedebam*, sed, Cum multis sedebam.

Solus quis sedeat.

3. Reg. 19, 14.

Quando

Quando autem vita mea difficulter imitabilis facta fuerit, ita vt iam talis sim, vt nemo sit qui moribus, vitâ, actionibus, sapientiâ mecum sit comparandus, tunc, eò quòd solus sim his qui adsunt, & nemo sit qui me imitetur, dicere possum istud, *Solus sedebam.* Licet igitur tibi, etiamsi non sis presbyter, neque sis Episcopus, neque vllâ dignitate Ecclesiasticâ honoratus, dicere istud, *Solus sedebam*, hunc imitari, ac vitam assumere, vt possis dicere, *Solus sedebam: quoniam*
Matth. 7,14. *amaritudine repletus sum.* Cùm arcta & angusta sit via quæ ducit ad vitam, oportet te in hac vita repleri amaritudine, nullâ potes perfrui dulcedine: an non scis festiuitatem tuam cum la-
Exodi 12,8 ctucis agrestibus celebrari? Quãdo enim inquit celebras azyma, cum lactucis agrestibus eis vesceris. Quid sibi velit hic sermo dicens, eum qui azyma Deo celebrat oportere vesci lactucis agrestibus, considerandum. Azyma quidem exposuit Apostolus: non est mea interpretatio, sed consequens interpretationis necesse est simile esse Apostolicæ explicationi. Apostolus ea quæ de azymis sunt exposuit dicens:
1. Cor. 5,8. *Festum celebremus non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ &*

Azyma quomodo celebrẽtur.

Ἐπὰν δὲ ὁ βίος μου γένηται δυσμίμητος, ὥστε με τηλικοῦτον γενέσθαι, ὡς μηδένα παραπλήσιον εἶναι μου τῷ ἤθει, τῷ βίῳ, τῇ πράξει, τῇ σοφίᾳ τότε δύναμαι λέγειν, παρὰ τὸ μόνος εἶναι τοῖς ὧδε, καὶ μηδένα μιμήσασθαί με, τὸ, Κατὰ μόνας ἐκαθήμην. Ἔξεστιν οὖν, καὶ μὴ ὄντα σε πρεσβύτερον, καὶ μὴ ὄντα σε ἐπίσκοπον, μηδέ τινι τιμῇ ἐκκλησιαστικῇ τετιμημένον, εἰπεῖν τοῦτο τὸ, Κατὰ μόνας ἐκαθήμην, τοῦτον ζηλῶσαι, καὶ βίον ἀναλαβεῖν, ὥστε εἰπεῖν, Κατὰ μόνας ἐκαθήμην· ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην. Εἰ στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, δεῖ σε πικρίας ἐμπλησθῆναι ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, οὐδενὸς δύνασαι γλυκέος ἀπολαῦσαι· ἢ οὐκ οἶδας ὅτι ἡ ἑορτή σου μετὰ πικρίδων γίνεται; Ὅταν γὰρ ἑορτάζῃς ἄζυμά φησιν, ἐπὶ πικρίδων φαγέσαι. Τί βούλεται ὁ λόγος λέγων, ὅτι δεῖ τὸν ἑορτάζοντα τῷ Θεῷ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων ἐσθίειν, κατανοητέον. Τὰ μὲν ἄζυμα διηγήσατο ὁ Ἀπόστολος· οὐκ ἔστιν ἐμὴ ἡ ἑρμηνεία, τὸ δὲ ἀκόλουθον τῆς ἑρμηνείας ἀναγκαῖόν ἐστι παραπλήσιον εἶναι τῇ ἀποστολικῇ διηγήσει. Ὁ Ἀπόστολος τὰ περὶ τῶν ἀζύμων διηγήσατο λέγων· Ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονη-

πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. Δέον ἐστὶν ἀποδοῦναι τὸν λόγον περὶ τῶν πικρίδων ἀκολούθως, περὶ τὰ ἄζυμα εἶναι εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. Ἔχε δὲ εἰλικρίνειαν καὶ ἀλήθειαν, καὶ πικρίδες ἔσονταί σοι· καὶ ἐσθίεις μετὰ πικρίδων τὰ ἄζυμα τῆς εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας· ὥσπερ Παῦλος, ἐπειδήπερ ἤσθιε τὰ ἄζυμα εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας, καὶ πικρίας ἤσθιε, πῶς πικρίδας ἤσθιε λέγων; Ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν· πῶς πικρίδας ἤσθιεν ἐν κόπῳ, καὶ μόχθῳ, καὶ ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει, χωρὶς τῶν παρεκτός; Εἰ ταῦτα οὐκ ἦν ἀλήθεια μετὰ πικρίδων; Ἄζυμα μετὰ πικρίδων ἔδεσθε· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἄζυμα μετὰ πικρίδων ἔδεσθε ἕως ἐμπλησθῆτε, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων λέλεκται· Φάγεσθε, καὶ ἐμπλησθήσεσθε· ὁ προφήτης προσεπιτείνει λέγων, οὐχὶ, Ὅτι πικρίαν ἔφαγον, ἀλλά, Πικρίας ἐνεπλήσθην. Ὅση δύναμις τῶν πικρῶν μετελάμβανον πραγμάτων, ὥστε μετὰ πληρεστάτων πικρίδων μεταλαβεῖν.

Ἵνα τί, οἱ μισοῦντές με, κατισχύουσί με; Πολλὰ εἶχε πράγματα, ἔπασχεν ἀπὸ τῶν θελόντων ἀκούειν τὸ ἀληθές, καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ ἐκεῖνοι· δυνατώτεροι δὲ ἐνταῦθα ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἐπει-

nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Consentaneum est vt consequenter de lactucis agrestibus reddamus rationem, vt azyma sint sinceritatis ac veritatis. Habe autem sinceritatem ac veritatem, & lactucę agrestes erunt tibi; & manducas cum lactucis agrestibus azyma sinceritatis & veritatis; quemadmodũ Paulus, quando cõmedit azyma sinceritatis & veritatis, etiam lactucis agrestibus vescebatur, quomodo lactucas agrestes comedit dicens? *Inimicus vobis factus sum verum dicens vobis:* (Gal. 4. 16.) quomodo lactucis agrestibus vescebatur *in labore, & ærumna, & in vigiliis multis, in fame & siti, præter illa quæ extrinsecus sunt?* (2. Cor. 11, 27.) Numquid hęc erat veritas cũ lactucis agrestibus? Azyma cum lactucis agrestibus comedite; & non dixit, Azyma cum lactucis agrestibus comedite ad saturitatem, prout in aliis dictũ: Manducate, & implebimini: quod Propheta magis intendit dicens, non, Quoniam amaritudinem comedi, sed, *Amaritudine repletus sum.* Quantum vires tulerũt res amaras participaui, ita vt ad saturitatẽ lactucas agrestes comederim.

Vt quid, qui contristant me, præualent aduersum me? (Iusti hic amaritudine replentur.) Multa habuit negotia, patiebatur ab eis qui audire volebant veritatem, & illi ipsum audiuerunt: potentiores autem hîc in sæculo hoc, quia

non est Regnum Dei de hoc sæculo, sed de præstantioribus regionibus, vt ait Seruator: *Si ex*
Ioan. 18,36. *hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis.* Itaque qui contristabant Prophetam, præualuerunt aduersus eum in hoc mundo. Nam qui præualeant videte Martyres. Iudex iudicans sedet, & in tribunali delectatur; Christianus, in quo Christus est iudicatus, amaritudine repletus est, & iniquus præualet aduersus eum, ac condemnatur. *Plaga mea solida est: vnde sanabor?* Qui præualent aduersum me feriunt me, & plaga mea solida est. Siue vaticinio prædicat crucem suam: solida enim plaga est crux, quantum est in crucifigentibus ipsum: siue de omnibus iustis dicatur, in quibus plagam solidam accipit; siue etiam de ipsomet Propheta, hoc audi: nam & ipse quæ descripta sunt perpessus est in sua prophetia, eumdem sensum admittit secundùm textum dicentem: *Plaga mea solida est: vnde sanabor?* Etiam Seruator ait, Vnde sanabor? resurrectionem à mortuis vaticinatur post solidam plagam. Quin imò si etiam de iusto sumatur, post plagas iterùm fit curatio. *Dum fit facta est mihi non habens fidem.* Non enim

δὴ οὐκ ἔστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν κρειττόνων χωρίων, ὥς φησιν ὁ σωτήρ· Εἰ ἦν ἐκ τοῦ κόσμου μου ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο ἂν, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις. Οἱ λυποῦντες οὖν τὸν προφήτην, κατίσχυον αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ. Ὅτι γὰρ ἰσχύουσι βλέπετε τοὺς μάρτυρας. Ὁ δικαστὴς καθέζεται δικάζων, καὶ τρυφῶν ἐν τῷ δικαστηρίῳ· ὁ Χριστιανὸς, ἐν ᾧ ἐστι Χριστὸς δικαζόμενος, πικρίας ἐνεπλήσθη, καὶ καταδυναστεύεται ὑπὸ τοῦ ἀδίκου, καὶ καταδικάζεται. Ἡ πληγή μου στερεά· πόθεν ἰαθήσομαι; Οἱ κατισχύοντές με πλήσσουσί με, καὶ ἡ πληγή μου ἐστὶ στερέα. Εἴτε προφητεύει τὸν σταυρὸν ἑαυτοῦ· στερεὰ γὰρ πληγή ἐστιν ὁ σταυρὸς, ὅσον ἐπὶ τοῖς σταυροῦσιν αὐτόν· εἴτε περὶ πάντων τῶν δικαίων λέγεται, ἐν οἷς πληγὴν στερεὰν λαμβάνει· εἴτε καὶ ἐπὶ τοῦ προφήτου, ἄκουσον τοῦτο· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς πέπονθε τὰ ἀναγεγραμμένα ἐν τῇ προφητείᾳ, ταὐτὸν ἐπιδέχεται τὸν νοῦν κατὰ τὴν λέγουσαν λέξιν· Ἡ πληγή μου στερεά· πόθεν ἰαθήσομαι; Καὶ ὁ σωτὴρ λέγει, Πόθεν ἰαθήσομαι; τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν προφητεύει μετὰ τὴν στερεὰν πληγήν. Κἂν ἐπὶ τοῦ δικαίου λαμβάνηται, μετὰ τὰς πληγὰς γίνεται πάλιν ἴασις. Γινομένη, ἐγενήθη μοι οὐκ ἔχων πίστιν. Οὐ γὰρ

μένει

μένει ἡ πληγὴ, ἀλλὰ παρέρχεται. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος· Ἐὰν ἐπιστρέψῃς, καὶ ἀποκαταστήσω σε. Ταῦτα πάλιν λέγεται πρὸς ἕκαστον, ὃν παρακαλέσει ὁ Θεὸς, ἐπιστρέψαι πρὸς αὐτόν. Μυστήριον δέ μοι δοκεῖ ἐνταῦθα δηλοῦσθαι ἐν τῷ, Ἀποκαταστήσω σε. Οὐδεὶς ἀποκαθίσταται εἴς τινα τόπον μηδαμῶς ποτε γενόμενος ἐκεῖ, ἀλλ' ἡ ἀποκατάστασίς ἐστιν εἰς τὰ οἰκεῖα· οἷον ἔξαρθρόν μου ἐὰν γένηται μέλος, ὁ ἰατρὸς πειρᾶται ἀποκατάστασιν ποιῆσαι τοῦ ἐξάρθρου. Ὅταν ἔξω τις γένηται τῆς πατρίδος εἴτε δικαίως, εἴτε ἀδίκως, ἀπολαμβάνῃ δὲ τὸ δύνασθαι πάλιν ἐν τῇ πατρίδι εἶναι κατὰ τοὺς νόμους, ἀποκατέστη ἐπὶ τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ. Τὸ αὐτὸ νόει μοι καὶ ἐπὶ στρατιώτου ἐκβληθέντος ἀπὸ τῆς ἰδίας παρατάξεως ἀποκαθισταμένου. Λέγει οὖν ἐνθάδε πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἐπιστρέψαντας· Ὅτι ἐὰν ἐπιστρέψωμεν, ἀποκαταστήσει ἡμᾶς. Καὶ γὰρ τὸ τέλος τῆς ἐπαγγελίας τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων γέγραπται ἐν τῷ· Ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόματος τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἀπ' αἰῶνος προφητῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

manet plaga, sed transit. *Ideò hæc dicit Dominus: Si reuerteris, & restituam te.* Hæc iterùm dicuntur ad vnumquemque, quem consolabitur Deus, vt ad se conuertatur. Porrò mysterium hîc mihi videtur declarari in isto, *Et restituam te.* Nemo restituitur in aliquem locum in quo numquam fuerit, sed restitutio est in propria: v. g. si aliquod membrum meum fuerit luxatum, conatur Medicus illud suo loco restituere. Quandò quis extorris fuerit à patria siue iustè, siue iniustè, recipiat autem potestatem in patria versandi secundùm leges, restitutus est in patriam suam. Id ipsum cogita mihi etiàm in milite eiecto ab acie sua iterùm restituto. Hîc igitur ad nos reuertentes ait: Si reuertamur, restituet nos. Etenim finis promissionis est istiusmodi, prout in actis Apostolorum scriptum est istis verbis: *Vsque in tempora restitutionis omnium quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à sæculo Prophetarum* in Christo Iesu; cui est honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Deus suos sanctos restituit.

Act. 3. 21.

HOMILIA XV. in illud ipsum,

Cap. 15,10. *Heu me mater*, iterùm aliter, vsque ad istud: Cap. 17,5. *Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmabit carnem brachij sui.*

Qui Prophetarum gloriã quærunt, vitam eorum imitentur.

QVi beatos prædicant Prophetas, ipsósque beatos prædicando exoptant partem habere cùm Prophetis, quòd vaticinij ipsórum excellentias ex verbis propheticis cognouissent: quærentes igitur persuaderi sibi sinant, vt vitam eorum exemplo instituant suam: & si quid duri ipsis occurrerit in hac vita, imitentur vitam propheticam; quoniam vnà cum Prophetis eiusdem beatitudinis requiete potiẽtur. Plurimis vtique ex locis colligere liceat eximias dotes Prophetarum, vt illorum libertatem, constantiam, vigilantiam, excitationem; quia in periculis constituti propter solam libertatẽ minimè soliciti erant qui increparent, qui conuerterent, adeò vt Prophetæ cum libertate verbum Dei increpando peccatores proferret, quantumuis increpiti per-

ΟΜΙΛΙΑ ιε. εἰς τὸ αὐτό,

Οἴμοι ἐγὼ μήτερ, πάλιν ἄλλως, μέχρι τοῦ Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίσει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ.

ΟἹ μακαρίζοντες τοὺς προφήτας, καὶ τὸ μακαρίζειν αὐτοὺς εὐχόμενοι τὴν μερίδα ἔχειν μετὰ τῶν προφητῶν, συνιόντες ἀπὸ τῶν λόγων τῶν προφητικῶν τὰ ἐξαίρετα τῆς προφητείας αὐτῶν· ζητοῦντες οὖν πείθειν, ἂν κατὰ τὰ αὐτὰ βιώσωσιν· εἰ καὶ σκληρὸν αὐτοῖς ἀπαντήσηται ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, μιμείσθωσαν τὸν βίον τὸν προφητικόν· ὅτι τεύξονται τῆς ἀναπαύσεως αὐτῆς μακαριότητος μετὰ τῶν προφητῶν. Πολλαχόθεν μὲν οὖν ἔστι συναγαγεῖν τὰ ἐξαίρετα τῶν προφητῶν, τὸ ἐλεύθερον αὐτῶν, τὸ εὔτονον, τὸ ἐγρηγορὸς, τὸ διεγηγερμένον· ὅτι οὐκ ἐφρόντιζον ἐν τοῖς περιστάσεσι γινόμενοι διὰ τὴν ἐλευθερίαν μόνον, ἵνα ἐλέγξωσιν, ἵνα ἐπιστρέψωσιν, ὡς οἱ προφῆται ἐν τοῖς μετὰ παῤῥησίας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ λέγειν ἐπιπληκτικῶς τῶν ἁμαρτανόντων, εἰ καὶ ἐδόκουν μεγά-

λα

λα δύνασθαι οἱ ἐλεγχόμενοι. Πλὴν εἰ καὶ πανταχόθεν ἔστι τοῦτο ποιεῖν, ἴδωμεν καὶ τὰ σήμερον ἀναγνωσθέντων. Πολλοὺς ἤλεγξεν ὁ προφήτης, καὶ πρὸς πολλοὺς εἶπεν ὁ προφήτης· καὶ γὰρ γέγονε κατὰ ἁμαρτωλὸν γενόμενος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ τὴν αἰχμαλωσίαν γεγονέναι κατὰ τοὺς χρόνους αὐτοῦ· πολλοὺς ἐλέγξας, ὑπὸ πολλῶν κριθεὶς φθέγγεταί τινα τοιαῦτα. Πρῶτον κατὰ λέξιν τὰ ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ λόγου ἴδωμεν· εἶτα καὶ κατὰ ἀναγωγὴν, ἐὰν πρότερον ἀναλάβωμεν εὐτονίαν, καὶ ἐλευθερίαν, καὶ δύναμιν καὶ παῤῥησίαν προφήτου.

Οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα, δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Ὦ μῆτερ, ὡς τί με γεγέννηκας ἄνδρα, δικαζόμενον πρὸς πάντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ διακρίνεσθαι πρὸς πάντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. Προέκειτο γὰρ τῷ προφήτῃ καὶ τούτῳ, καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς τὸ προφητικῶς διδάσκειν, ἐλέγχειν, καὶ ἐπιστρέφειν. Προέκειτο τοιγαροῦν καὶ τούτῳ τῷ προφήτῃ διακρίναι, ἐλέγχειν, δικάζειν δυναμένῳ, καὶ δικάζεσθαι μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ἐλέγχειν τὰ ἁμαρτήματα τοῦ λαοῦ, καὶ ὅσα αὐτοῖς πεποιήκασιν οἱ ἀπὸ τοῦ λαοῦ, τί δεῖ καὶ λέγειν; ἄλλον ἐλιθοβόλησαν, ἄλλον ἔπρισαν, ἄλλον ἀπέκτειναν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσια-

magna posse viderentur. Verumtamen quamuis vndique liceat hoc facere, videamus quæ lecta sunt hodie. Plurimos increparat Propheta, & ad plurimos verba fecerat Propheta: erat nempe iuxta peccatorem natus, vti patet ex eo quòd captiuitas in ipsius tempora inciderit: cùm plurimos increpasset, à plurimis iudicatus quædam istiusmodi profert. Primùm iuxta textum quædam ex prophetico sermone intelligamus; deinde etiam secundùm anagogen, si priùs induerimus constantiam, & libertatem, atque virtutem fiduciamque Prophetę.

Heu me mater, quare genuisti me virum, qui iudicer & discernar in omni terra? O mater, vt quid me genuisti virum, qui iudicer apud omnes qui super terram sunt, & discernar apud omnes qui in terra sunt. Propositum enim erat Prophetæ cùm huic, tum Isaiæ ceterisque prophetico more docere, arguere, & conuertere. Propositum itaque & huic Prophetæ discernere, arguere, ius dicere cùm posset, & expostulare cum peccatoribus arguendo peccata populi, & quæcumque hi de populo ipsis fecerunt, quid attinet etiam commemorare? aliũ lapidarunt, aliũ secuerunt, alium occiderunt inter templum & altare,

Vers. 10.

Prophetæ omnes persecutionē passi sunt.

Heb. 11,37.

 tare,

tare, hunc in lacum cœni proiecerunt increpiti. Et post hos omnes Saluator noster hoc ipsum egit excellentiùs quàm hi, vtpote Dominus Prophetarum existens: etenim quando ipse flagellabatur à Iudæis, vel præceptoribus Iudæorum, & præside populi, dicebat: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ.* Et subdit ad vnumquodque væ, & propter hoc & illud. Contendamus igitur & nos ad beatitudines Prophetarum, hæc ipsa faciamus, ita vt ob dictionem & iudicium aduersus multos homines etiam dicamus: *Heu me mater, quare genuisti me virum qui iudicer, & discernar in omni terra?*

Matth. 23,14.

Magis propriè posset hoc propheticum etiam referri ad Seruatorem. Esto enim Propheta hoc dicat, verumtamen haud verè hoc dicit, sed forsitan hyperbolicè: non enim decretus fuit ad omnem terram. Cùm autem venero ad Seruatorem meum ac Dominum, & maximè propter illud ad iudicium veniet; & *vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris;* videbo Seruatorem meum ac Dominum penes Patrem constitutum, cum omnibus nobis hominibus iudicio disceptaturum: & in quæstionem venit cum om-

Christus in omni terra iudicatur.

Psalm. 50,6.

συρίῳ, τοῦτον εἰς λάκκον βορβόρου ἔβαλον ἐλεγχόμενοι. Καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὁ σωτὴρ ἡμῶν τοῦτο πεποίηκε καὶ κρεῖττον ὥστε εἰ οὗτοι, ἅτε κύριος προφητῶν ὤν· καὶ γὰρ εἴπερ αὐτὸς ἐμαστιγώθη ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἢ ὑπὸ τῶν διδασκάλων τῶν Ἰουδαίων, καὶ τοῦ ἡγουμένου τοῦ λαοῦ, εἶπεν· Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταί. Καὶ ἐπιλέγει καθ' ἕκαστον οὐαὶ, καὶ διὰ τοῦτο τόδε καὶ τόδε. Καὶ ἡμεῖς οὖν σπουδάζομεν ἐπὶ τοὺς μακαρισμοὺς τῶν προφητῶν, ταῦτα ποιήσωμεν, ὥστε διὰ τὸ λέγειν καὶ διὰ τὸ κριθῆναι πρὸς πολλοὺς ἀνθρώπους καὶ εἰπεῖν· Οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ;

Κυριώτερόν γε τοῦτο δύναται προφητικὸν εἶναι ἀναφερόμενον ἐπὶ τὸν σωτῆρα. Ἔστω γὰρ ὁ προφήτην τοῦτο λέγειν, ἀλλ' οὐκ ἀληθῶς τοῦτο ἐρεῖ, ἀλλὰ τάχα ὑπερβολικῶς· οὐ γὰρ διεκρίθη πρὸς πᾶσαν τὴν γῆν. Ἐὰν δὲ ἔλθω πρὸς τὸν σωτῆρά μου καὶ κύριον, καὶ μάλιστα διὰ τὸ εἰς κρίσιν ἥξει· καὶ ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε· ὄψομαι ὅτι ὁ σωτήρ μου καὶ κύριος μέλλει ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ἑστάναι, κρινόμενος μετὰ πάντων ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων· καὶ κρίνεται μετὰ πάν-

των

τῶν ἀνθρώπων· λέγω κρίνεται, ἐξετάζεται καὶ αὐτός, καὶ ἔστη μὲν ἐκδικῶν τὴν ἀλήθειαν, οὐχ ὡς κατήγορος δέ. Οἴμοι ἐγὼ μήτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Οὐ δύναται προφήτης τὸ πάσῃ τῇ γῇ λέγειν· ἀλλὰ τὸν κύριον ἡμῶν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν οἶδα φιλοῦντας, καὶ οὐ μόνον φιλοῦντας, ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶντας ἀγανακτεῖν, λέγοντας ὅτι ὁ σωτὴρ λέγει ὅτι ἡ φωνὴ οὐκ ἔστι κατὰ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Δεῖ δὲ δεῖξαι ὅτι οὐκ ἀλλότριον τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τό, Οἴμοι ἐγὼ μήτερ· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· Καὶ ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ τῶν ἐν τοῖς προφήταις εἰρημένων ὁμοίως καὶ ἐνθάδε· Οἴμοι ἐγὼ μήτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Ἢ ὅταν ἀπόλωλεν ἐπιφυλλὶς τοῦ εὑρεῖν βότρυν. Οἴμμοι ψυχή, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. Τίς ἐκεῖ λέγει τό; Οἴμμοι, ὅτι ἐγενήθην ὡς συνάγων καλάμην ἐν ἀμήτῳ. Ἆρα γὰρ ὁ προφήτης συνῆ τε καὶ θέλει συνάγειν; ἆρα γὰρ ἀγρὸν ἔχει ὁ προφήτης; Ἀλλ' οὐδενός ἐστι συνάγειν πάντα ἀπὸ τοῦ θερισμοῦ καὶ τῶν ἐσπαρμένων, εἰ μὴ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐπεὶ οὖν

nibus hominibus; in quæstionem inquam venit, examinatur etiam ipse, & stetit quidem vindicans veritatem, sed non tamquam accusator: *Heu me mater, quare genuisti me virum qui iudicer & discernar in omni terra?* Non potest Propheta istud *omni terra* dicere; sed Dominum nostrum ac Seruatorem Iesum Christum noui amantes, & non solùm amantes, verùm etiam diligentes indignari, dicentes Seruatorem asserere vocem hanc non esse pro Filio Dei. Ostendendum autem minimè alienum esse à Filio Dei istud, *Heu me mater*: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*: Matth. 26,38.
Et anima mea turbata est: item Ioan. 12,27.
quæ in reliquis Prophetis & similiter hîc dicta sunt: *Heu me mater, quare genuisti me virum qui iudicer & discernar in omni terra?* Vel quando perijt racemus vt inueniat botrum. *Væ mihi anima, quia perijt pius de terra, & qui corrigat in hominibus non est.* Quis ibidem ait illud? *Væ mibi, quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe.* Ergóne nimirum Propheta scit & vult congregare? ergón' vtiq; agrum habet Propheta? Atqui nullius penitus est congregare ex messe ac satis, nisi Domini ac Seruatoris Iesu Christi. Cùm igitur

[Margin: Mich. 7,2. — Ibid. 1. — Christus queritur de nostra sterilitate.]

[Handwritten margin: ἐπιφυλλίς racematrix, quæ post vindemiam botrus maturas quærit.]

multi sint lapsus in Gentibus, quin & in nobis qui æstimamur esse de Ecclesia lamentatur, & luget peccata nostra dicens: *Væ mihi, quia factus sum sicut qui congregat stipulam.* Vnusquisque nostrûm semet ipse examinet, vtrùm stipula sit; vtrùm repertus sit in ipso quod vindemiet aut metat Filius Dei; reperiemus nos à vento corruptos quosdam esse. Cùm igitur pauxillum quid residui in nobismetipsis grana duo vel tria haberemus, & peccata nostra plurima existerent, videret autem Ecclesias (prout appellantur) peccatoribus refertas, ait: *Væ mihi, quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe, & sicut racemum in vindemia.* Venit quærens fructum in vinea. Vnusquisque enim nostrûm adinstar vineæ in
Psalm. 79,9. loco pingui plantatur. Et *vineam de Ægypto transtulit. Ego autem*
Ierem. 2,21. *plantaui te vineam fructiferam omnem veram.* Venit quærens quodammodò vindemiare, reperit racemum quempiam atque exiles vuas, minimè fertiles, neque multas. Quis nostrûm habet vuas virtutis? quis nostrum ha-
Psalm. 8,1. bet genimina Dei? *Domine Deus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!* Hæc quasi in transitu à me dicta sint. Istud

πολλὰ πλώματα ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἡμῖν τοῖς νομιζομένοις εἶναι ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας θρηνεῖ, καὶ πενθεῖ ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα λέγων· Οἴμμοι, ἐγὼ ὅτι ἐγενήθην ὡς συνάγων καλάμην. Ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτὸν ἐξεταζέτω, ἄρα στάχυς ἐστὶν· ἄρα εὑρίσκει ἐν αὐτῷ τρυγῆσαι ἢ θερίσαι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· εὑρήσομεν ὅτι ἀνεμόφθοροί τινές ἐσμεν. Ἐὰν ἄρα ὀλίγον ἔτι ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς κόκκους δύο ἢ τρεῖς, αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν πολλαί εἰσιν ἐφ' ἡμῖν, ὁρῶν οὖν καὶ τὰς Ἐκκλησίας (τὰς χρηματιζούσας) πεπληρωμένας ἁμαρτωλῶν, λέγει· Οἴμμοι, ὅτι ἐγενήθην ὡς συνάγων καλάμην ἐν ἀμητῷ, καὶ ὡς ἐπιφυλλίδα ἐν τρυγητῷ. Ἦλθε ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ ἀμπέλῳ. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καταφυτεύεται καὶ ὡς ἄμπελος ἐν τόπῳ πίονι. Καὶ ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρεν. Ἐγὼ δὲ κατεφύτευσα σε ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν. Ἔρχεται ζητῶν πως τρυγῆσαι, εὑρίσκει ἐπιφυλλίδα τινὰ καὶ βραχεῖς βότρυας, οὐκ εὐθαλεῖς, οὐδὲ πολλούς. Τίς ἡμῶν ἔχει βότρυας ἀρετῆς; τίς ἡμῶν ἔχει γεννήματα τοῦ Θεοῦ; Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Ταῦτα ὡς ἐν παραβάσει μοι. Τὸ

Οἴμοι

Οἴμοι ἐγὼ μῆτερ ὅτι οὐκ ἀλλότριόν ἐστιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, θεότητος καθορῶντος τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀνθρώπων, νῦν τὸ λέγειν τὸ Οἴμοι. Τοῦ σωτῆρος οὐχὶ ἡ Θεὸς, ἀλλ' ἡ ἄνθρωπος, οὐχ' ἡ σοφία, ἀλλ' ἡ ψυχή. Ἐκεῖνο παρεθέμην προφητικόν· Οἴμμοι ψυχή, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. Ἦλθεν ἐπὶ τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον ἡ ψυχὴ ἡ μακαρία, ἀνέλαβε σῶμα ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων· ἐὰν ἴδῃ τὰ ἁμαρτήματα λέγει πρὸς τὸν Πατέρα· Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβῆναι με εἰς διαφθοράν; Μὴ ἐξομολογήσεταί σοι χοῦς; Ἀλλὰ ἐφ' ἡμῖν μὴ λεγέτω τὸ Οἴμμοι· ἐφ' ἡμῖν μὴ λεγέτωσαν οἱ Ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λέγοντες τὸ Οἴμμοι (ὅτε καὶ αὐτοὶ ἐροῦσιν Οἴμμοι· οὐ γὰρ κρείττονές εἰσι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ αὐτοὶ ἡμῶν τὰ πταίσματα βλέπουσιν·) ἀλλὰ μακάριοι ἐκεῖνοι, ἐφ' οἷς οἱ Ἄγγελοι οὐκ ἐροῦσι τὸ Οἴμμοι, ἀλλὰ μακαρίζουσι. Χαρὰ γὰρ ἐν οὐρανῷ γίνεται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐννενήκοντα ἐννέα, οἳ οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας. Ταῦτα ἐν παραμυθίᾳ.

Οἴμοι ἐγὼ μῆτερ ὡς τίνα με ἔτεκες; Τίνα λέγει μητέρα; Ἆρ' οὐκ ἐν γυναιξὶ δύναται καὶ τὴν

Heu me mater minimè alienum est à Seruatore nostro, dum eius diuinitas peccata hominum cerneret, nunc dicere istud *Heu me*. Seruatorem sumo non quà Deum, sed quà hominem, non quà sapientiam, sed quà animam. Illud propheticum hîc adiunxerim: *Væ mihi anima, quia peryt pius de terra, & qui corrigat in hominibus non est*. Venit in vitam humanam anima hæc sancta, corpus assumpsit pro hominibus; cùm videret peccata dicit ad Patrem: *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Numquid confitebitur tibi puluis?* Verumtamen super nos non dicatur istud *Væ mihi*: super nos ne dicant Angeli cælestes Seruatoris nostri dicentes Væ mihi (quia & ipsi dicent Væ mihi: neque enim meliores sunt Seruatore nostro, & ipsi lapsus nostros cernunt:) at beati illi, super quibus Angeli non dicent Væ mihi, sed beatos pronuntiant. Nam *gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentiâ*. Hæc sunt consolationis.

Christus quo sensu dicat Heu me.

Mich. 7,2.

Psalm. 29,10.

Lucæ 15,7.

Heu me mater quare me genuisti? Quam dicit matrem? Num in mulieribus potest etiam

animam dicere, & Mariam? Si quis autem hoc admittat, nouissimè acceperat mater mea Spiritum sanctum, & adduxit me in montem magnum Thabor, &c. Potest suam matrem videns dicere: *Heu me mater, quare me genuisti virum qui iudicer & discernar in omni terra?* Iudicatur omni terræ atque discernitur, & ad vnumquemque dicturus est: Ego feci hæc & illa, & incarnatio mea præstitit hæc & ista, & pro salute tua passus sum atque sustinui. Hæc dicente Seruatore quid agemus? iudicaturus enim est in vniuersa terra.

Id quod sequitur videre volo. Potest tam ad Prophetam quàm ad Seruatorem secundùm vnam expositionem referri. Videamus etiam quod sequitur: *Non debui, nec debuit mihi quisquam. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.* Et reuerà nihil debuit; vnusquisque autem nostrum debitor est peccatis, & debitor est habens chirographum. Post deletum chirographum suum vnusquisque quanta fecit chirographa? *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius,* non fecit chirographum. Quid porrò etiam illud, *Nec debuit mihi quisquam?* quomodo explicabimus hoc de Seruatore,

Nos omnes debitores sumus.

ψυχὴν λέγειν, καὶ τὴν Μαρίαν; Εἰ δέ τις παραδέχεται, τὸ ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἀνήνεγκέ με εἰς τὸ ὄρος τὸ μέγα τὸ Θαβὼρ, καὶ τὰ ἑξῆς. Δύναται αὐτοῦ ἰδὼν τὴν μητέρα λέγειν· Οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Δικάζεται πάσῃ τῇ γῇ καὶ διακρίνεται, καὶ μέλλει πρὸς ἕκαστον λέγειν· Ἐγὼ πεποίηκα τάδε καὶ τάδε, καὶ ἡ οἰκονομία μου ἔπραξε τάδε καὶ τάδε, καὶ τῇ σωτηρίᾳ σου ὑπέμεινα. Ταῦτα λέγοντος τοῦ σωτῆρος τί ποιήσωμεν; μέλλει γὰρ διακρίνεσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

Τὸ ἑξῆς θέλω ἰδεῖν. Δύναται καὶ ἐπὶ τὸν προφήτην κατὰ μίαν διήγησιν ἀναφέρεσθαι καὶ ἐπὶ τὸν σωτῆρα. Ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς· Οὐκ ὠφείλησα, οὐδὲ ὠφείλησέ με οὐδείς. Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, οὐκ ἔχει δὲ ἐν ἐμοὶ οὐδέν. Καὶ ἀληθῶς οὐκ ὠφείλησεν· ἕκαστος δὲ ἡμῶν ὀφειλέτης ἐστὶ τὰς ἁμαρτίας, καὶ ὀφειλέτης ἐστὶν ἔχων χειρόγραφον. Μετὰ τὸ ἐξαλειφθῆναι αὐτοῦ τὸ χειρόγραφον ἕκαστος πόσα πεποίηκασι χειρόγραφα; Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, οὐκ ἐποίησε χειρόγραφον. Τί δὲ καὶ τὸ, Οὐκ ὠφείλησέ μοι οὐδὲ εἷς; πῶς διηγησόμεθα ἐπὶ τοῦ σωτῆρος,

Οὐκ

Οὐκ ὠφείλησέ μοι οὐδὲ εἷς; Εἰ καὶ ἀνέγνωμεν οὕτως, ἀλλὰ καὶ δεῖ εἰδέναι ὅτι τὰ πλείονα τῶν ἀντιγράφων τῆς ἐκδόσεως τῶν Ἑβδομήκοντα οὐκ ἔχει οὕτως· ὕστερον δὲ ἐπισκεψάμενοι καὶ τὰς λοιπὰς ἐκδόσεις, ἔγνωμεν γραφικὸν εἶναι ἁμάρτημα· καίτοιγε ἑκατέρως ἔστι διηγήσασθαι τὸν τόπον. Πῶς μέντοι οὐκ ὠφείλησέ μοι οὐδὲ εἷς; Πᾶσι τὰ ὀφειλήματα αὐτῶν ἀφῆκεν. Ἀνθρώπῳ δανειστῇ χρεωφειλέται ἦσαν δύο· εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα· μὴ ἐχόντων αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. Θέλεις ἰδεῖν τοὺς δύο χρεωφειλέτας, τὸν τὰ πεντακόσια ὀφείλοντα, καὶ τὸν τὰ πεντήκοντα; Ἀπὸ δύο λαῶν πεπιστεύκασιν εἰς τὸν Θεὸν, ὁ ἐκ τῶν Ἰουδαίων λαὸς ἀπιστῶν εἰς τὸν Χριστὸν ὀφείλει τὰ πεντήκοντα, τάχα ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, οἱ πάντων ἀσεβέστεροι γεγενημένοι τὰ πεντακόσια· ἐφ' οἷς καὶ λέγεται ἐπὶ τῇ πόρνῃ ἐκείνῃ τῇ μετανοούσῃ. Καίτοι εἴποι τις ἄν, πῶς τὰ πεντακόσια ἐπ' ἐκείνην ἀναφέρεται, ἐκ τοῦ καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἡ ἁπτομένη αὐτοῦ; πρὸς ὃ εἴρηκε τῷ Σίμωνι· Ἀνθρώπῳ δανειστῇ ἦσαν χρεωφειλέται δύο· εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ ἕτερος πεντήκοντα, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα διὰ

Non debuit mihi quisquam? ~~Vt etiam~~ sic legerimus, sciendum tamen plurima Septuaginta Interpretum exemplaria non sic habere: postmodum autem inspicientes etiam reliquas editiones, cognouimus scriptorum esse errorem: nihilominùs vtroque modo explicari potest hic locus. Quomodo nimirum non debuit mihi quisquam? Omnibus debita ipsorum dimisit. *Duo debitores erant homini cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta: non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque.* Vin' videre duos debitores, vnum qui quingentos debebat, & alterum qui quinquaginta? E duobus populis qui in Deum crediderunt, Iudæorum populus non credens in Christum debebat quinquaginta, fortasse nos qui ex Gentibus sumus, vtpote omnium impiissimi effecti quingentos denarios debebamus: de quibus etiam dicitur in persona meretricis illius pœnitentis. Atqui postulet nonnemo, quâ ratione quingenta ista ad illam referantur, ex quo *& qualis sit mulier quæ tangit eum*: ad quod dixit Simoni: *Homini cuidam fœneratori erant duo debitores: vnus debebat denarios quingentos, alter quinquaginta,* &c. Hęc dicta sint propter illud:

[Margin, handwritten: Licet sic hunc locu[m] nobis pro legerimus]

[Margin: Lucæ 7.41.]

illud: *Non debui, nec debuit mihi quisquam.* Quod erat necesse vobis proponere. *Non debui, nec debuit mihi quisquam. Fortitudo mea defecit in iis qui maledicunt mihi. Etsi mortuus sit ex infirmitate; sed viuit ex virtute Dei.* Deinde multis dictis, erat quidem etiam de quolibet dictorum aliquid dicendum; sed minimè iam integrum est tempore nos vrgente.

2. Cor. 13,4.

Dicamus itaque quoad licet de eo quod lectum est: *Maledictus homo qui spem habet in homine:* ex eo quòd multi putarent hominem quidem Dei Filium esse Seruatorem: nam cum multis malis humanis ausi sunt etiam hoc dicere, nempe vnigenitum primogenitum omnis creaturæ non esse Deum. Maledictus enim homo qui spem habet in homine! Manifestum est vtique maledictos esse qui spem habent in homine. Sperans in Iesum Christum ego hominem non noui: non solùm hominem non noui, sed sapientiam noui, ipsam per se iustitiam, hominem, per quem omnia creata sunt in cælis & in terra, siue visibilia sint, siue inuisibilia, siue principatus, siue potestates. *Maledictus homo qui spem habet in homine.* Etsi enim seruet Seruator, quia quem por-

In Christum confidẽs non in homine fiduciã ponit.

ἐξηγεῖσθαι ἐξῆς ἀναγν. utpote syllaba ἂν abundante, ac si ἐξεσόμενον scriptum esset, vertit interpres.

τό· Οὐκ ὠφείλησα, οὐδὲ ὠφείλησέ μοι οὐδείς. Ὃ ἦν ἀναγκαῖον παραστῆσαι ἡμῖν. Οὐκ ὠφείλησα, οὐδὲ ὠφείλησέ μοι οὐδείς. Ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. Εἰ καὶ ἀπέθανεν ἐξ ἀσθενείας· ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. Εἶτα πολλῶν διελθόντων λόγων, ἦν μὲν καὶ περὶ ἑκάστου τῶν εἰρημένων εἰπεῖν· ἀλλ' οὐκ ἐγχωρεῖ τοῦ χρόνου ἐπείγοντος.

Εἴπωμεν οὖν εἰς τὸ ἐξῆσαν ἀναγνωσθὲν τό· Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον· ἐκ τοῦ τοὺς νομίζοντας ὅτι ἄνθρωπος μὲν τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱὸς ἦν ὁ σωτήρ· ἐτόλμησαν γὰρ μετὰ τῶν πολλῶν τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς ὁ μονογενὴς ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Ἐπικατάρατος γὰρ ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. Δῆλον ὅτι ἐπικατάρατοί εἰσιν οἱ ἐπ' ἄνθρωπον ἔχοντες τὴν ἐλπίδα. Ἐλπίζων ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγὼ ἄνθρωπον οὐκ οἶδα· οὐ μόνον ἄνθρωπον οὐκ οἶδα, ἀλλὰ σοφίαν οἶδα, τὴν αὐτοδικαιοσύνην, ἄνθρωπον, δι' οὗ ἐκτίσθη τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατά, εἴτε ἀόρατα, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι. Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. Κἂν γὰρ τυρῇ ὁ σωτήρ, ὅτι ὃν ἐφό-

f. μαρτυρῇ

ρεσεν

ρεσιν ἄνθρωπος ἦν· ἀλλ᾽ εἰ καὶ ἦν ἄνθρωπος, ἀλλὰ νῦν οὐδαμῶς ἐστιν ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ καὶ ἔγνωμεν Χριστὸν κατὰ σάρκα· ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· ἐγὼ δὲ αὐτὸν οὐκέτι εἰμὶ ἄνθρωπος, ἐὰν ἀκολουθῶ αὐτοῦ τοῖς λόγοις. Ἀλλὰ λέγει· Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. Οὐκοῦν ὡς πρωτότοκός ἐστιν ἐκ τῶν νεκρῶν· οὕτως γέγονε πρωτότοκος πάντων ἀνθρώπων εἰς Θεὸν μεταβαλών. Ἐπικατάρατος τοίνυν ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ᾽ ἄνθρωπον, καὶ στηρίσει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ. Ὅστις ἂν κυρώσῃ τὰ σάρκινα, ὅστις τὴν ἰσχὺν τὴν σωματικὴν, ἐὰν κτήσηται καὶ κατὰ σάρκα στρατεύηται. Ἀλλ᾽ ὁ ἅγιος οὐχ οὕτως ἐστιν· οὐ γὰρ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ· πάντοτε γὰρ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἔχει, καὶ νεκροῖ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν· νεκρώσας ταῦτα, οὐ στηρίζει σάρκα τοῦ βραχίονος αὐτοῦ. Ἐπικατάρατος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ᾽ ἄνθρωπον. Ἅμα δὲ πρὸς τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ ἀξιώμασιν. Ὁ δεῖνά μου φίλος ἐστὶν ἑκατόνταρχος, ἐπίτροπός ἐστιν ὁ δεῖνά μου φίλος, καὶ πλούσιός ἐστι, καὶ παρέχεταί μοι. Ἔπειτα καὶ πρὸς τὸν τοιοῦτον λέγεται τοῦτο· Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ᾽

tabat homo erat: attamen licet homo erat, sed nunc nequaquam est homo. *Et si cognouimus secundùm carnem Christum; sed nunc iam non nouimus*, inquit Apostolus: ego per ipsum non ampliùs sum homo, si sermones eius sequor. Ceterùm ait: *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.* Quemadmodum igitur *primogenitus est ex mortuis*; ita factus est primogenitus omnium hominum quos in Deum transtulit. *Maledictus* igitur *homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui.* Qui nimirum confirmat carnalia, qui robur corporeum cùm obtinuerit, etiam militat secundùm carnem. Verùm non ita sanctus se habet: neque enim firmat carnem brachij sui: semper enim mortificationem Iesu in corpore suo habet, & mortificat membra sua quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam: qui hæc mortificat, non firmat carnem brachij sui. *Maledictus qui spem habet in homine.* Similiter hoc pertinet ad eos qui sperant in dignitatibus. Hic vel iste amicus meus est Centurio, Præfectus est quidam meus amicus, & diues est, & præbet mihi. Deinde etiam ad talem dicitur istud: *Maledictus homo qui spem habet in homi-*

2. Cor. 5,16.
Psalm. 81,6.
Col. 1, 18.
2. Cor. 4,10.
Colos. 3,5.

homine. In nullum hominem ſperamus, quantumuis nobis amici eſſe videantur: non enim in ipſos, ſed in Dominũ noſtrum ſperamus, qui eſt Ieſus Chriſtus; cui eſt honor & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

ἄνθρωπον. Πρὸς οὐδένα ἄνθρωπον ἐλπίζομεν, κἂν δοκῶσιν ἡμῶν εἶναι φίλοι· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοὺς, ἀλλ' ἐπὶ κύριον ἡμῶν ἐλπίζομεν, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός· ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XVI. in iſtud:

Cap. 16,16. *Ecce ego mitto piſcatores multos, dicit Dominus;* &c.

ΟΜΙΛΙΑ ιϛ'. εἰς τὸ·

Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τοὺς ἁλιεῖς τοὺς πολλοὺς, λέγει κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς.

Matth. 4,18. *Chriſtus Apoſtolos fecit piſcatores hominũ.*

Scriptum eſt in Euangelio ſecundùm Matthæum, veniſſe Seruatorem noſtrum iuxta mare Galilææ, & vidiſſe Simonem & Andream fratrem eius mittentes rete in mare: (erant enim piſcatores:) deinde tradit textus, Saluatorem cùm illos videret dixiſſe: *Venite poſt me, & faciam vos piſcatores hominum: at illi relictis retibus ſecuti ſunt eum.* Et fecit ipſos Ieſus denuò reſumere piſcationem: ſed & alios duos fratres inuenit, Ibid. 21. *Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, in naui cum Zebedæo patre eorum reficientes retia ſua.* Etiam hos vocauit ad eamdem artem; ſed & illos fecit piſcatores hominum. Et ſi quis conſiderauerit

fort. ἐπὶ ἀνθρώπους λαβ.

Ἀναγέγραπται ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ, ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἐληλυθέναι παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἑωρακέναι Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν· (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς·) εἶτά φησιν ὁ λόγος, ὅτι ὁ σωτὴρ ἰδὼν εἶπε· Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων· οἱ δὲ ἀφέντες τὰ δίκτυα ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ πεποίηκεν ὁ Ἰησοῦς αὐτοὺς ἐπὶ ἀναλαβεῖν τοῦ ἁλιεύειν· καὶ ἄλλους δὲ δύο ἀδελφοὺς εὗρεν, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ τοῦ πατρὸς καταρτίζοντας τὰ δίκτυα. Καὶ τούτους ἐκάλεσεν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην· πεποίηκε δὲ κἀκείνους ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Καὶ εἴ τις γε κατανοήσει

τοὺς

τοὺς ἔχοντας ἀπὸ Θεοῦ χάριν λόγου πεπληρωμένην ὡς δίκτυα, καὶ συγκειμένων ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραφῶν ὡς ἀμφίβληστρον, ὥστε περιβάλλεσθαι τῶν ψυχαῖς τῶν ἀκροατῶν τὸ πλέγμα· κατανοήσῃ δὲ, καὶ τεχνικῶς τοῦτο γινόμενον κατὰ τὴν ἐπιστήμην ἣν ἐδίδαξεν ὁ Ἰησοῦς· ὄψεται τίνα τρόπον οὐ μόνον τότε, ἀλλὰ καὶ νῦν ὁ σωτὴρ ἡμῶν πέμπει ἁλιεῖς ἀνθρώπων, παιδεύσας αὐτοὺς, ἵνα δυνηθῶμεν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀνελθεῖν, καὶ φυγεῖν αὐτῆς τὰ πικρὰ κύματα. Ἀλλ' ἐκεῖνοι οἱ ἰχθύες οἱ ἄλογοι ἀνελθόντες ἐν ταῖς σαγήναις, καὶ ἐν τοῖς ἀμφιβλήστροις, καὶ ἐν τοῖς δικτύοις ἢ ἐν τοῖς ἀγκίστροις ἀποθνήσκουσι θάνατον, οὐχὶ διαδεχομένης ζωῆς τὸν θάνατον· ὁ δὲ συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν ἁλιέων Ἰησοῦ, καὶ ἀνελθὼν ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει· ἀποθνήσκει δὲ τῷ κόσμῳ, ἀποθνήσκει τῇ ἁμαρτίᾳ· καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τῷ κόσμῳ καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ, ζωοποιεῖται ὑπὸ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀναλαμβάνει ἄλλην ζωήν· ὥσπερ εἰ ἐδύνασο καθ' ὑπόθεσιν νοῆσαι τὴν τοῦ ἰχθύος ψυχὴν μεταβάλλουσαν μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ ἰχθυϊκοῦ, καὶ γινομένην τι κρεῖττον παρ' ἰχθύν. Παράδειγμα ἔλαβον, μὴ ἀφορμάς τις λαμβανέτω ὧν οὐκ ἤκουσε, τοιοῦτον δή τι νοήσῃ. Ἀνελήλυθας ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ὑποπεσὼν τοῖς δικτύοις τῶν μαθητῶν

eos qui habent à Deo gratiam sermonis plenam instar retium, & quasi verriculum eorum quæ sacris Scripturis continentur, ita vt illo reti auditorum animas circumdent; considerauerit item, quàm dexterè id fiat secundùm artem quam Iesus tradidit; videbit quâ ratione non solùm tunc, verùm etiamnum Seruator noster mittat piscatores hominum, erudiens eos, vt è mari emergere, & amaros eius fluctus effugere possimus. Ceterùm pisces illi rationis expertes in sagenis, & verriculis, retibusque aut hamis sursum attracti morte moriuntur, & quidem tali morte, quam vita nulla subsequitur; sed qui à Iesu piscatoribus captus est, & è mari emersit, etiam ipse quidem moritur; sed moritur mundo, moritur peccato; & postquam mundo & peccato mortuus est, à verbo Dei viuificatur, & aliam vitam assumit: ac si posses ex suppositione concipere piscis animam post egressum è corpore pisculento mutatam, & in aliquid pisce præstantius conuersam esse. Exemplum sumpsi, ne quis occasiones sumat eorum quæ non audiuerat, vt simile quid cogites. Emersisti è mari succumbens retibus discipulo-

Differentia piscationis piscium & hominũ.

rum

rum Iesu, egressus immutas animam, non amplius piscis es, in salsuginosis maris fluctibus degens; sed confestim anima tua mutatur, & transfiguratur, fitque præstantius quid atque diuinius quàm erat priùs: eam autem tranformari & immutari audi Paulum dicentem: *Nos verò omnes, reuelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem tamquam à Domini Spiritu.* Atque ita tranformatus hic piscis à piscatoribus Iesu, captus relictâ maris habitatione, in montibus commoratur, ita vt non ampliùs ei opus sit piscatoribus qui ipsum è mari educant, sed aliis quibusdam posterioribus (prout hîc nominantur) venatoribus ex omni monte, & ex omni colle.

2. Cor. 3,18.

Capti ab Apostolis deinceps in excelsis commorantur.

Cùm igitur & tu de mari emerseris, ac retibus discipulorum Iesu captus sis, transfer te de mari, & illius obliuiscere, veni ad montes, Prophetas, & ad colles, iustos, & fac ibi mansionem, vt postmodum, quando tempus exitus tibi instabit, mittantur multi venatores alij præter piscatores. Quinam porrò sint isti, nisi qui constituti sunt ad assumendas animas in collibus,

πεπαγμένοι ἐπὶ τοῦ παραλαμβάνειν

τῶν Ἰησοῦ, ἐξελθὼν μεταβάλλεις τὴν ψυχήν, οὐκ ἔτι ἰχθὺς εἶ, διατρίβων τοῖς ἁλμυροῖς τῆς θαλάσσης κύμασιν· ἀλλ' εὐθέως σοῦ μεταβάλλεται ἡ ψυχή, καὶ μεταμορφοῦται, καὶ γίνεται κρεῖττόν τι καὶ θειότερον παρ' ὃ ἦν τὸ πρότερον· ὅτι δὲ μεταμορφοῦται καὶ μεταβάλλεται ἄκουε Παύλου λέγοντος· Ἡμεῖς δὲ πάντες, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος. Καὶ μεταμορφωθείς τε οὕτως ὁ ἰχθὺς ὁ ὑπὸ τῶν ἁλιέων Ἰησοῦ, συλληφθεὶς καταλιπὼν τὰς ἐν θαλάσσῃ διατριβάς, διατριβὰς ποιεῖται ἐν ὄρεσιν, ὥστε αὐτὸν δεηθῆναι οὐκ ἔτι ἁλιέων τῶν ἀναγόντων αὐτὸν ἀπὸ θαλάσσης, ἀλλὰ δευτέρων τινῶν (οἳ ὀνομάζονται) θηρευταὶ οἵτινες θηρεύουσιν ἀπὸ παντὸς ὄρους, καὶ ἀπὸ παντὸς βουνοῦ.

Ἀναβὰς οὖν σὺ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ συλληφθεὶς τοῖς δικτύοις τῶν μαθητῶν Ἰησοῦ, μετέβαλε ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ἐπιλάθου αὐτῆς, ἧκε ἐπὶ τὰ ὄρη, τοὺς προφήτας, καὶ ἐπὶ τοὺς βουνούς, τοὺς δικαίους, καὶ ποίει ἐκεῖ τὰς διατριβάς, ἵνα μετὰ ταῦτα, ὅτε ὁ καιρός σοι τῆς ἐξόδου ἐπιστῇ, πεμφθῶσιν οἱ πολλοὶ θηρευταὶ ἕτεροι παρὰ τοὺς ἁλιεῖς. Τίνες δ' ἂν εἶεν, ἤτοι ἢ οἱ ἐπὶ τὰς ψυχὰς τὰς ἐν βουνοῖς,

τὰς

τὰς μὴ κάτω κειμένας. Καὶ ὅρα εἰ μὴ κέκραγε μυστικῶς ταῦτα λέγων ὁ προφήτης, καὶ τοῦτον παριστὰς τὸν νοῦν ἐν τῷ· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ἁλιεῖς πολλούς, λέγει κύριος· καὶ ἁλιεύσουσιν αὐτούς· καὶ μετὰ ταῦτα ἀποστελῶ πολλοὺς θηρευτάς, καὶ θηρεύσουσιν αὐτοὺς ἐπάνω παντὸς ὄρους, καὶ ἐπάνω παντὸς βουνοῦ. Εἴπερ οὖν θέλεις συλληφθῆναι ὑπὸ τῶν θηρευτῶν, ὅρα μὴ τὰς διατριβὰς ποιήσῃ ἐν ταῖς κοιλάσι, μηδὲ κάτω που διατρίψῃς, ἀλλὰ ζήτει τὰ ὄρη, ἀνάβα εἰς τὸ ὄρος, ὅπου Ἰησοῦς μετεμορφώθη, ἀνάβα εἰς τὸ ὄρος· ἐφ' οὗ ἰδὼν τοὺς ὄχλους ἀναβέβηκεν ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταί, ἔνθα ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐδίδαξε λέγων· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ τοὺς ἑξῆς τούτων μακαρισμούς. Καὶ οὐκ ἔξεστί γε τούτοις τοῖς θηρευταῖς ἀλλαχόθεν συλλαβεῖν ἢ ἀπὸ τῶν ὀρέων, καὶ τῶν βουνῶν, καὶ ἀπὸ τῶν τρυμαλιῶν τῶν πετρῶν. Ταῦτα γὰρ τὰ τρία λέλεκται ἐν τῷ προφήτῃ· Ἀποστελῶ γὰρ πολλοὺς θηρευτάς, καὶ θηρεύσουσιν αὐτοὺς ἐπάνω παντὸς ὄρους, καὶ ἐπάνω ἀπὸ παντὸς βουνοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν τρυμαλιῶν τῶν πετρῶν. Πόθεν οὖν νοήσω τὰς πέτρας, καὶ τὰς ἐν ταῖς πέτραις τρυμαλιάς; Ἔρχομαι ἐπὶ τὴν Ἔξοδον, ζητῶν ἴχνος εὑρεῖν διηγήσεως τῶν τρυμαλιῶν τῶν πετρῶν, εὑρίσκω Μωσέα ἐκεῖ βουλόμενον γνῶναι τὸν Θεόν, καὶ τὸ

non infernè sitas. Et vide vtrùm non hęc mysticè clamauerit Propheta dicens, & hunc sensum proponens dum ait: *Ecce ego mitto piscatores multos, dicit Dominus: & piscabuntur eos: & post hæc mitto multos venatores, & venabuntur eos desuper omni monte, & desuper omni colle.* Si igitur à venatoribus capi velis, vide ne in vallibus moras feceris, nec infernè alibi habitaueris, sed quære montes, ascende in montem, vbi Iesus trãsfiguratus est, ascende in montem; in quem videns turbas ascendit Iesus;, & secuti sunt eum discipuli, vbi aperiens os suum docuit dicens; *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est Regnum cælorũ*; & reliquas quæ ibi sequuntur beatitudines. Nec fas est hisce venatoribus aliunde capere quàm ex montibus, vel ex collibus, & de cauernis petrarum. Hæc enim tria in Propheta recensentur: *Mittam enim multos venatores, & venabuntur eos desuper omni monte, & desuper omni colle, & de cauernis petrarum.* Vnde igitur intelligam petras, & istas in petris cauernas? Venio ad Exodum, quærens vestigium reperire explicationis istarum cauernarum petrinarum, reperio Moysem ibi velle nosse Deum,

Matth. 5, 3.

Vers. 16.

Quales sint cauernæ petrarum, in quibus Deus videatur.

Deumque ipsi pollicentem, ac
Exodi dicentem: *Ecce ponam te in ca-*
33,22. *uerna petra, & cognosces mea po-*
steriora; facies autem mea non vi-
debitur tibi. Si intellexeris ibi pe-
tram, & videris ibi cauernam
petræ, qui quodammodò supra
petram stat, & cauernam in pe-
tra videt, per cauernam petræ
Deum videt; & videbit etiam
multas petras & foramina ipsa-
rum. Quænam igitur petra illa
1. Cor. vnica? *Petra autem erat Christus.*
10,4. *Bibebant enim de spiritali conse-*
Psalm. *quente petrâ. Et statuit supra pe-*
39,3. *tram pedes meos*, in trigesimo no-
no Psalmo dicitur. Quænam est
cauerna ista in petra? Si videris
Iesu aduentum, ipsum cogitans
totum petram, videbis cauer-
nam secundùm aduentũ ipsius, in
qua videatur id quod post Deum
est. Simile quid enim intelligitur
Exodi in isto: *Et videbis posteriora mea.*
33,23. Atqui reperi vnam cauernam
vnius petræ, transeo nunc ser-
mone à cauerna ad foramen pe-
træ, quæro etiam multas petras.
Cùm venero ad chorũ siue Pro-
phetarum, siue Apostolorum, si-
ue etiam transscendentium san-
ctorum Angelorum, dico omnes
esse Christi imitatores; prout ip-
se petra est, petra fiunt: & sicut
ille foramen habet, per quod in-
telligantur posteriora Dei; eodem

Θεὸν ἐπαγγελλόμενον αὐτῷ, καὶ λέγοντα· Ἰδοὺ θήσω σε εἰς ὀπὴν τῆς πέτρας, καὶ κατανοήσεις μου τὰ ὀπίσω· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ὀφθήσεταί σοι. Ἐὰν νοήσῃς ἐκεῖ τὴν πέτραν, καὶ ἴδῃς ἐκεῖ τὴν ὀπὴν τῆς πέτρας, τινὰ τρόπον ἐπὶ τῆς πέτρας ἑστὰς, καὶ τὴν ὀπὴν τὴν ἐν τῇ πέτρᾳ ἰδὼν, βλέπει τὸν Θεὸν διὰ τῆς ὀπῆς τῆς πέτρας· ὄψει τε καὶ τὰς πολλὰς πέτρας καὶ τρυμαλιὰς αὐτῶν. Τίς οὖν ἐκείνη ἡ πέτρα ἡ μία; Ἡ πέτρα δὲ ἦν ὁ Χριστός. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. Καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, ἐν τῷ ἐννάτῳ καὶ τριακοστῷ λέγεται Ψαλμῷ. Τίς ἡ ὀπὴ ἡ ἐν τῇ πέτρᾳ; Ἐὰν ἴδῃς τὴν Ἰησοῦ ἐπιδημίαν, ὅλον αὐτὸν νοήσας πέτραν, ὄψει τὴν ὀπὴν κατὰ τὴν ἐπιδημίαν αὐτοῦ, δι' ἧς ὀπῆς θεωρεῖται τὸ μετὰ τὸν Θεόν. Τοιοῦτον γὰρ νοεῖται ἐν τῷ Καὶ ὄψει τὰ ὀπίσω μου.

Ἀλλ' εὗρον μίαν ὀπὴν μιᾶς πέτρας, μεταβαίνω τῷ λόγῳ ἀπὸ τῆς ὀπῆς ἐπὶ τὴν τρυμαλιὰν τῆς πέτρας, ζητῶ καὶ τὰς πολλὰς πέτρας. Ἐὰν ἔλθω ἐπὶ τὸν χορὸν εἴτε τῶν προφητῶν, εἴτε τῶν Ἀποστόλων, εἴτε καὶ ἐπαναβεβηκότων ἁγίων Ἀγγέλων, λέγω ὅτι πάντες οἱ Χριστοῦ μιμηταί· ὡς ἐκεῖνος πέτρα ἐστὶ, πέτρα γίνονται· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἔχει ὀπὴν, δι' ἧς κατανοεῖται τὰ ὀπίσω τοῦ Θεοῦ· τὸν αὐτὸν

τὸν τρόπον ἕκαστος ὁδὸν διδοὺς τὸ νοεῖσθαι Θεὸν, διὰ τῶν λεγομένων ὑπ' αὐτοῦ ποιεῖ ἐν αὐτῷ ὀπὴν, εἰ δὲ καὶ ἄλλως βούλει ὀνομάσαι τρυμαλιὰν, ἀφ' ἧς ὀπῆς ἢ τρυμαλιᾶς ὄψει διὰ μὲν Μωσέως τὸν νόμον, διὰ δὲ Ἠσαΐου τὴν προφητείαν αὐτοῦ, διὰ δὲ Ἱερεμίου ἄλλους λόγους Θεοῦ. Εἰ δὲ καὶ Ἄγγελος ἔσται λαλῶν (ὡς ἐλάλησε, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, Ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ) κἀκεῖ ἵσταμαι ἐπὶ τοῦ Ἀγγέλου, καὶ βλέπων κἀκεῖ πέτραν, καὶ ὀπὴν πέτρας, καὶ βλέπων ἀγγελικῶς τὸν Θεόν.

Ἀλλὰ παραδείγματός μοι χρεία, ἵνα παραστήσω πῶς ἐστιν ἐλθόντα ἐπὶ Ἄγγελον, καὶ δι' Ἀγγέλου τὸν Θεὸν ἰδεῖν; Γέγραπται γὰρ ἐν τῇ Ἐξόδῳ· Ὤφθη Ἄγγελος κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου τῷ Μωσεῖ· καὶ ὁρᾷ Μωσῆς ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρὶ, καὶ ὁ βάτος οὐ κατακαίεται. Καὶ οὐκ εἶπεν ἡ γραφὴ, ὥσπερ εἶπε κατὰ τὴν ἀρχὴν, ὅτι ὤφθη Ἄγγελος, οὕτως ἐνθάδε, ὅτι Ἄγγελος κυρίου· ἀλλ', Ἐγὼ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ. Ἦν οὖν ἐκεῖ ὁ Θεὸς ἐν τῷ Ἀγγέλῳ θεωρούμενος, ὡς διὰ τῆς πέτρας Θεὸς γινωσκόμενος, καὶ τῆς ὀπῆς τῆς ἐν αὐτῷ. Οὐκ οἶδας οὖν πότε πέμπονται οἱ θηρευταὶ, διὰ τοῦτο μηδέποτε ἀπὸ τῶν ὀρέων

modo vnuſquiſque viam tradens cognoſcendi Deum, per ea quæ ab ipſo dicuntur facit in eo cauernam, ſiue, ſi aliter vocare volueris, foramen, à qua cauerna ſiue foramine videbis per Moyſen quidem Legem, per Iſaiam verò prophetiam ipſius, per Ieremiam porrò alios ſermones Dei. Si denique etiam Angelus locutus fuerit (prout locutus fuit, iuxta illud Euangelicum, Qui loquitur in me) etiam illic aſto in Angelo, & videns ibi petram, & cauernam petræ, & cernens angelicè Deum.

Ceterùm exemplo mihi opus eſt, vt demonſtrem quo pacto quis veniens in Angelum, poſſit etiam per Angelũ videre Deum? Scriptum eſt enim in Exodo: *Apparuit Angelus Domini in flamma ignis rubi Moyſi: & videt Moyſes quia rubus vritur igni, & rubus nõ comburitur.* Et non dixit Scriptura, quemadmodum dixerat ſub initium, quia apparuit Angelus, ita hîc, quia Angelus Domini eſt; ſed, *Ego Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Erat igitur ibi Deus qui in Angelo cernebatur, ſicut per petram Deus cognoſcitur, & per cauernam quæ in ipſo eſt. Neſcis autẽ quando mittantur venatores, quamobrem numquam à monti-

Quomodo etiam per Angelum Deus videatur.

Exodi 3,2.

Ibid. 6.

bus descendas, neque colles deseras, ne foris deprehendaris, tibique tamquam foris existenti, & externa loquenti dicatur: *Stulte, hac nocte repetunt animam tuam à te: quæ autem parasti cuius erunt?* Hæc autem dicentur tibi, si dixeris: *Destruam horrea mea, & maiora exstruam, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Viden' illum infra montes, infra colles, extra foramina petrarum? quomodo erret etiam in iudicio circa bona, putans hęc esse bona; ideò ait: *Et dicam animæ meæ: Anima habes bona posita in annos plurimos.* Frumentum & abundantiam terrenorum bona esse putauit: neque enim sciebat, nulla verè bona esse in hac terra maledicta, sed ea quæ verè bona sunt in cælo existere: thesaurizauerat super terram, quoniam putabat bona esse quæ super terram sunt. Si quis autem transierit à terra, vt thesaurizet in cælo, huic minimè dicetur istud; *Stulte, hac ipsa nocte repetunt animam tuam à te*; sed, venientes venatores, quærentes non quæ infernè, sed quæ in montibus sunt animalia, quæ in cælis, quæ in foraminibus petrarum proteguntur, hæc colligent, & abdu-

τῶν τρυμαλιῶν adde τῶν πετρῶν ut v. 15.

Lucæ 12,20.

Nulla hic in terris vera bona.

καταβῇς, μηδὲ καταλίπῃς τοὺς βουνοὺς, μηδὲ ἔξω εὑρεθῇς, λεχθήσεταί σοι ὡς ἔξω τυγχάνοντι, καὶ λέγοντι τὰ τῶν ἔξω· Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἀπαιτοῦσι τὴν ψυχήν σου ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας τίνι ἔσται; Λεχθήσεται δέ σοι ταῦτα, ἐὰν φάσκῃς· Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω, καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· Ψυχὴ ἔχεις ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ, ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου. Ὁρᾷς τὸν κάτω τῶν ὀρέων, τὸν κάτω τῶν βουνῶν, τὸν ἔξω τῶν τρυμαλιῶν τῶν πετρῶν; πῶς πλανᾶται καὶ ἐν τῇ περὶ ἀγαθῶν κρίσει, οἰόμενος ταῦτα εἶναι ἀγαθά· διό φησι· Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· Ψυχὴ ἔχεις ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά. Τὸν σῖτον καὶ τὴν εὐφορίαν τῶν γηΐνων ἀγαθὰ εἶναι νενόμικεν· οὐ γὰρ εἶδεν, ὅτι τὰ ἀληθῶς ἀγαθὰ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ κατηραμένῃ γῇ, ἀλλὰ τὰ ἀληθῶς ἀγαθά ἐστιν ἐν οὐρανῷ· ἐθησαύριζεν ἐπὶ γῆς, ἐπεὶ ᾤετο ἀγαθά εἶναι τὰ ἐπὶ γῆς. Ἐὰν δέ τις μεταβῇ ἀπὸ τῆς γῆς, ἵνα θησαυρίζῃ ἐν οὐρανῷ, οὐ λεχθήσεται αὐτῷ· Ἄφρον, τί ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἀπαιτοῦσι τὴν ψυχήν σου ἀπὸ σοῦ· ἀλλ', ἐλθόντες οἱ θηρευταὶ, ζητοῦντες οὐ τὰ κάτω, ἀλλὰ τὰ ἐν τοῖς ὄρεσι ζῶα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὰ ἐν ταῖς τρυμαλιαῖς τῶν πετρῶν σκεπαζόμενα, συλλήψονται ταῦτα, καὶ ἀπάξουσιν

σιν αὐτὰ ἀπὸ τῆς θήρας ἐκείνης ὅπου ἐπὶ τὴν ἀνάπαυσιν τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· οἱ γὰρ ὀφθαλμοί μου, φησὶν, ἐπὶ πάσας τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, τῶν τοιούτων τῶν ἐπὶ τὰ ὄρη τὰς διατριβὰς ποιουμένων, καὶ ἐν τοῖς βουνοῖς, καὶ ἐν ταῖς τρυμαλιαῖς τῶν πετρῶν. Καὶ ἐπὶ τὰς ὁδοὺς πάσας ὁ Θεὸς ἔχει τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ οὐκ ἐκρύβησαν ἀπὸ προσώπου μου οἱ τοιοῦτοι· οἱ γὰρ φαῦλοι κρύπτονται ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Ἤκουσεν Ἀδὰμ μετὰ τὴν παράβασιν τὴν φωνὴν κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινὸν, καὶ ἐκρύβη. Ὁ δὲ ἅγιος οὐ κέκρυπται, ἀλλ' ἔχει καρδίαν μετὰ παρρησίας τῆς κατὰ τὴν ἁγίαν πολιτείαν πρὸς τὸν Θεόν. Ἐὰν γὰρ ἡ συνείδησις ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ, ἔχομεν παρρησίαν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ὃ ἂν αἰτώμεθα, λαμβάνομεν παρ' αὐτοῦ. Ὁ μὲν οὖν Ἀδὰμ εἰ καὶ ἥμαρτεν, οὐκ εἰς ὑπερβολὴν χαλεπὴν ἁμαρτίαν ἥμαρτε, διὰ τοῦτο ἐκρύβη ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ ἁμαρτωλότερος αὐτοῦ Κάϊν καὶ ἀσεβέστατος ὁ ἀδελφοκτόνος τί πεποίηκεν; Ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ· ὥστε συγκρίσει κακῶν, ἔλαττον εἶναι τὸ κρυβῆναι ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ οὗτος κρύπτεται, οὐκ ἀερυθριῶν, ἀλλ' αἰδούμενος τὸν Θεόν, Οὐκ ἐκρύβησαν οὖν ἀπὸ προσώπου μου οὗτοι οἱ ταῦτα

cent ea à venatione iſta ad requietem Sanctorum & Beatorum in Chriſto Ieſu; *quia oculi mei*, inquit, *in omnes vias eorum*, Verſ. 17.
ſcilicet talium qui in montibus, & in collibus, & in foraminibus petrarum ſuam faciunt commorationem. Et ſuper vias omnes Deus habet oculos ſuos: & non ſunt abſconditi à facie mea qui ſunt iſtiuſmodi: nam improbi abſcondunt ſe à facie Dei. *Audierat Adam* poſt præuaricationem *vocem Domini Dei ambulantis in paradiſo ad veſperam, & abſcondit ſe.* Sanctus autem minimè abſcondit ſe, ſed habet cor confidens ob ſanctam cum Deo conuerſationem. Nam *ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo.* Itaque Adam etſi peccauit, non adeò enorme tamen ac graue flagitium commiſit, quapropter abſcondit ſe à facie Dei: ſed grauior ipſo peccator Cain & impiiſſimus fratricida quid fecit? *Egreſſus eſt à facie Dei*; ita vt in comparatione malorum quid minus ſit abſcondere ſe à facie Dei. Etenim hic abſcondit ſe, minimè inuerecundus, ſed reueritus Deum. Itaq; non ſunt abſconditi à facie mea hi qui hæc facien-

Probi non ſe abſcondunt à facie Dei, ſed improbi.

Gen. 3, 8.

1. Ioan. 3, 21.

Gen. 4, 16.

facientes in peccatis tunc existebant, & à peccatis in mari commissis piscatu extracti sunt.

Ne igitur existimarent hi qui piscatu erepti sunt, & postmodum in montes peruenerunt, ista ipsis de iustitia euenisse, non solùm illos, sed & nos hic sermo admonet priorum peccatorum; ideò dicitur etiam post beneficia: *Et non sunt abscondita iniquitates eorum ab oculis meis.* Quæ sequuntur agonem nobis mouebunt. Si enim simpliciter intelligamus, soliciti admodum erimus de retributione peccatorum: si autem iis quæ de piscatoribus & venatoribus anteà tradita sunt minimè consentanea videantur, etiam sic in non vulgarem nos coniiciunt difficultatem.

Vers. 18. *Et reddam*, inquit, *duplices malitias eorum, & peccata eorum, in quibus contaminauerunt terram meam, in morticiniis abominationum suarum, & in suis iniquitatibus, in quibus delinquere fecerunt hereditatem meam.* Primùm siue intelligentes exposuerint nonnulli scriptum hoc, siue etiam satagentes exponere Septuaginta, Deus nouerit: nos certè cum ceteris editionibus conferentes textum reperimus. *Et reddam primùm duplices iniquitates eorum*, vt declaretur, quòd li-

Quisque recipiet secundum opera sua.

ποιήσαντες ἐν ἁμαρτίαις τότε γεγόνασι, καὶ ἀπὸ ἁμαρτιῶν τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡλιεύθησαν.

Ἵν' οὖν μὴ ὑπολαμβάνωσιν οἱ ἁλιευθέντες, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὰ ὄρη ἐλθόντες, ὅτι ἐκ δικαιοσύνης αὐτοῖς ταῦτα γεγένηται, ὑπομιμνήσκει οὐ μόνον ἐκείνους, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων· διὸ λέγεται μετὰ τὰς εὐεργεσίας· Καὶ οὐκ ἐκρύβη τὰ ἀδικήματα αὐτῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. Τὰ ἑξῆς ἀγῶνα μέλλει ἡμῖν ἐμποιεῖν. Εἴτε γὰρ ἁπλῶς νοοῦμεν, φροντίσομεν ἐπιμελῶς περὶ τῆς ἀνταποδόσεως τῶν ἁμαρτημάτων· εἰ δὲ δοκεῖ οὐκ ἀκόλουθα εἶναι τοῖς προαποδεδομένοις περὶ ἁλιευομένων καὶ θηρευομένων, καὶ οὕτως εἰς ἀγῶνα ἡμᾶς ἐμβάλλει οὐ τὸν τυχόντα. Καὶ ἀνταποδώσω γάρ, φησι, πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας αὐτῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ἐφ' αἷς ἐβεβήλωσαν τὴν γῆν μου, ἐν τοῖς θνησιμαίοις τῶν βδελυγμάτων καὶ ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν, ἐν αἷς ἔπλησαν τὴν κληρονομίαν μου. Τὸ πρῶτον εἴτε μὴ νοήσαντες ἐξεῖλόν τινες τὸ γεγραμμένον, εἴτε καὶ οἰκονομήσαντες ἐξελεῖν οἱ Ἑβδομήκοντα, Θεὸς ἂν εἰδείη· ἡμεῖς μέντοιγε συγκρίνοντες ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσιν εὕρομεν κείμενον. Καὶ ἀνταποδώσω πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας αὐτῶν, ἵνα δηλωθῇ, ὅτι εἰ

difficultatem system 18.

primum 18.

Voculam Primum, quae hic scripta reperitur, sive non intelligentes aliqui ejecerunt; sive etiam Septuaginta ejiciendam certa dispensatione constituerint, Deus nôrit. ἢ ἐξεῖλον οἱ
vide pag. 215. v. 4. pag. 217. 6. certam ob caussam

καὶ ἄξιοι διὰ τὰ δεύτερα αὐτῶν ἔργα μακαριότητος εἶεν, ἐπεὶ ἄνθρωποί εἰσι, καὶ ἐν ἁμαρτίαις γεγόνασι, πρῶτον δεῖ ἀπολαβεῖν αὐτοὺς τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Καὶ ὅρα εἰ μὴ ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθής. Τίς οὐκ ἀπολήψεται τὰς ἁμαρτίας, ἢ ὁ μετὰ τὸ πιστεῦσαι, καὶ λαβεῖν ἄφεσιν ἁμαρτημάτων, ὡς ἀκοῦσαι τοῦ Ἰησοῦ λέγοντος· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, μηκέτι ἁμάρτανε. Εἰ δὲ μετὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τὴν οἰκονομίαν τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἁμαρτάνομεν (ὥσπερ ἡμεῖς οἱ πολλοὶ, οἱ μὴ τελειωθέντες ὡς οἱ Ἀπόστολοι) μετὰ τὸ ἁμαρτάνειν δὲ, καὶ σὺν τῷ ἁμαρτάνειν τινὰ δεόντως πράττομεν, τί ἡμᾶς περιμένει κατανοητέον; Ἆρα ἐὰν ἐξέλθωμεν τὸν βίον, ἔχοντες ἁμαρτήματα, ἔχοντες δὲ καὶ ἀνδραγαθήματα, σωθησόμεθα μὲν διὰ τὰ ἀνδραγαθήματα, ἀπολλυθησόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐν γνώσει ἡμαρτημένων· ἢ κολασθησόμεθα μὲν διὰ τὰ ἁμαρτήματα, οὐδαμοῦ δὲ μισθὸν ληψόμεθα τῶν ἀνδραγαθημάτων; ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἕτερον. Λέγω δὲ τὸ ἀπολαβεῖν τὰ κρείττονα, μὴ ἀπολαβεῖν δὲ τὰ χείρονα, κατὰ δίκαιόν ἐστι, τὸν Θεὸν, καθαίρειν βουλόμενον, καὶ ἐκκόπτειν τὴν κακίαν. Ἔστω γάρ σε ᾠκοδομηκέναι μετὰ τὸ θεμέλιον Χριστὸν Ἰησοῦν, ὃν δεδίδαξαι, οὐ μόνον

cet propter posteriora sua opera digni essent beatitudine, quia tamen homines sunt, & in peccatis nati, primùm oporteat eos recipere peccata sua. Et vide vtrùm non verus sit hic sermo. Quis enim non recipiet peccata, siue postquam credidit, & remissionem peccatorum accepit, ita vt audiret Iesum dicentem: *Remittuntur tibi peccata, iam amplius noli peccare.* Si autem post remissionem peccatorum & dispensationem lauacri regenerationis peccauerimus (sicut nostrûm plerique, qui non sumus perfecti vt Apostoli) sed post peccatum, & cum peccato quædam decenter agamus, quid nobis cogitandum restat? Vtrùm si ex hac vita migrauerimus habentes peccata, sed habentes etiam proba opera, salui quidem erimus propter opera proba, sed peribimus propter ea quæ scienter peccauimus; vel puniemur quidem propter peccata, sed nullam proborum operum mercedem recipiemus? Verumtamen neutrũ horum erit. Dico autem nos recipere meliora, non recipere autem deteriora, prout iustum est Deo purgare volenti, & succidere malitiam. Esto enim te ædificasse in fundamento Christo Iesu, quem edoctus es, nõ solùm

Matth. 9,2. Ioan. 8,11.

aurum & argentum, & lapidem pretiosum: esto te habere aurum, vel multum auri, vel parum: esto te habere argentum, lapidem pretiosum; non sola autem hæc dico: sed esto te habere etiam ligna, & fœnum, & stipulam, quid vis tibi fieri post exitum? vtrùm aliquando ingredi in sancta cum ligno tuo, & cum fœno tuo, & cum stipula, vt contamines Regnum Dei? Atqui rursum remanere vis propter fœnum, propter ligna, propter stipulam in igne, nec quidquam pro auro & argento ac lapide pretioso recipere? Neque hoc consentaneum.

Quid igitur primum consequitur recipiendum propter ligna? manifestum vtiq; quod ignem qui absumat ligna, fœnum & stipulam. Deus enim noster essentiâ suâ intelligere valentibus dicitur esse ignis consumẽs: & siluit quidem quidnam consumeret Propheta dicens: *Deus noster ignis consumens*: nobis autem reliquit cogitandum, quia dixit, Deus ignis est consumens. Est aliquid quod consumatur. Quid igitur est quod cõsumitur? Neq; enim consumit id quod ad imaginem & similitudinẽ est, sed superędificatum fœnum, superędificata ligna, superædificatam sti-

Deus ignis consumens.

χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ λίθον τίμιον· ἔστω σε ἔχειν χρυσὸν, ἢ πολὺν χρυσὸν, ἢ ὀλίγον· ἔστω σε ἔχειν ἄργυρον, λίθον τίμιον· οὐ μόνα δέ φημι ταῦτα· ἀλλ' ἔστω σε ἔχειν καὶ ξύλα, καὶ χόρτον, καὶ καλάμην, τί βούλει σοι γενέσθαι μετὰ τὴν ἔξοδον; πότερον ποτὲ εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια μετὰ τοῦ ξύλου σου, καὶ μετὰ τοῦ χόρτου σου, καὶ τῆς καλάμης, ἵνα μιάνῃς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; Ἀλλὰ πάλιν ἀπομεῖναι θέλεις διὰ τὸν χόρτον, διὰ τὰ ξύλα, διὰ τὴν καλάμην ἐν τῷ πυρὶ, καὶ μηδὲν ἀπολαβεῖν περὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου τιμίου; Οὐδὲ τοῦτο εὔλογον.

Τί οὖν πρῶτον ἀκολουθεῖ ἀπολαβεῖν διὰ τὰ ξύλα; δῆλον ὅτι τὸ πῦρ τὸ ἀναλίσκον τὰ ξύλα, καὶ τὸν χόρτον καὶ τὴν καλάμην. Ὁ Θεὸς γὰρ ἡμῶν τῇ οὐσίᾳ λέγεται τοῖς συνιέναι δυναμένοις πῦρ εἶναι καταναλίσκον· καὶ ἐσιώπησε μὲν τὸ τί καταναλίσκον ὁ προφήτης λέγων· Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον· ἡμῖν δὲ καταλέλοιπε νοεῖν, ὅτι εἶπεν, ὁ Θεὸς πῦρ ἐστι καταναλίσκον. Ἔστι τί τὸ καταναλισκόμενον. Τί οὖν ἐστι τὸ καταναλισκόμενον; Οὐ γὰρ τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἀναλίσκει, ἀλλὰ τὸν ἐποικοδομηθέντα χόρτον, τὰ ἐποικοδομηθέντα ξύλα, τὴν ἐποικοδομηθεῖσαν καλάμην.

λάμιω. Ὁ τόπος ἦν δυσδιήγητος σφόδρα, ἐπαγγελίαι ἦσαν, καὶ μετὰ τὰς ἐπαγγελίας λέγει· Καὶ ἀνταποδώσω πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας αὐτῶν. Ἀναγκαίως πρόσκειται τὸ πρῶτον. Πρῶτον γὰρ τὰ τῆς ἀδικίας, εἶτα τὰ τῆς δικαιοσύνης ἀποδίδοται. Οὐ γὰρ ἀνάπαλιν ὁ Θεὸς ἀνταποδίδωσιν· εἰ πρῶτον ἀπεδίδου τὰ ἀγαθὰ, ἵνα ἀπολάβωμεν τὰ κακὰ, νῦν δὲ ἀποδίδωσι τὰ κακὰ, ἔδει λῆξαι τὰ ἀγαθὰ, ἵνα ἀπολάβωμεν τὰ κακὰ, ἵνα τέλος λάβῃ διὰ τοῦ ἀφανισμοῦ τῶν κακῶν τὰ τῆς κολάσεως τῶν παθόντων, ἵνα μετὰ ταῦτα ἀποδῷ τὰ ἀγαθά. Διὸ εὑρήσεις ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς τὸν Θεὸν λέγοντα πρῶτον τὰ δοκοῦντα εἶναι σκυθρωπότερα, καὶ μετὰ ταῦτα τὰ κρείττονα· Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω, πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι. Αὐτὸς ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν, ἔπαισε, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο. Ἐπὶ τούτοις ἔστι τὸν νοοῦντα, καὶ διακείμενον πρὸς τὰ λεγόμενα εἰπεῖν· Κύριε τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην· λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐποίησε τῷ πλησίον αὐτοῦ κακὸν καὶ ὀνειδισμὸν οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα αὐτοῦ. Ἡμεῖς

pulam. Hic locus perquam difficilis erat explicatu, promissiones erant, & post promissiones ait: *Et reddam primùm duplices iniquitates eorum.* Necessariò apponitur istud *primùm.* Primùm enim ea quæ sunt iniquitatis, deinde quæ sunt iustitiæ redduntur. Neque enim vice versâ Deus retribuit: si primùm retribuisset bona, vt reciperemus mala, nunc autem retribuat mala, oportuisset cessare bona, vt reciperemus mala, vt finem caperent per malorum abolitionem ea quæ supplicij sunt eorum qui patiuntur, vt post hæc reddat bona. Ideò reperies in sacris Scripturis Deum recensentem primùm quæ videntur esse tristia, & post hæc meliora: *Ego occidam, & viuere faciam, percutiam, & ego sanabo.* Ipse dolere facit, ac rursum restituit, percussit, & manus eius curarunt. Ad hæc posset intelligens, & benè erga ea quæ dicta sunt affectus dicere: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam: qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum; & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* At nos

Deus post mala recẽset bona.

Deut. 32, 39.

Psalm. 14, 1.

nos exprobramus etiam pœnitentibus & conuersis, Scripturâ dicente: Ne exprobres homini auertenti se à peccato. *Opprobrium non accepit aduersus proximos suos: ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat.*

Ibid. 3.

Omnes igitur quotquot habemus materiã istius ignis, primùm absumamus peccata nostra.

Distingue, ἀκουόντων · διηγῆσαι

Ceterum petet aliquis auditorum explicari quoque istud *duplices*. Esto enim vt recipiam peccata mea primùm, vt vbi cepero peccata, post hoc impleatur quod ab Apostolo dictum est: *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Ad quid vtique duplicia recipio peccata? Sed dicendum, quoniam *seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit secundùm voluntatem eius, vapulabit* non paucis, sed *multis*. Dignum est itaque illos qui ex Gentibus peccarunt recipere peccata sua simplicia, nos autem præuaricationes nostras duplices recipere. Nobis enim post acceptam veritatis cognitionem voluntariè peccantibus, nullum reliquum est pro peccatis sacrificium, sed acceptio iudicij, atque ignis zelus, qui aduersarios deuoraturus

Qui recipiãt duplicia peccata sua.

1. Cor. 3, 15.

Lucæ 12, 47.

δὲ ὀνειδίζομεν καὶ τοὺς μετανοοῦντας καὶ ἐπιστρέφοντας, λεγούσης τῆς γραφῆς· Μὴ ὀνείδιζε ἄνθρωπον ἀποστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας. Ὀνειδισμὸν οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα αὐτοῦ· ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πονηρευόμενος· τοὺς δὲ φοβουμένους κύριον δοξάζει. Πάντες οὖν οἱ ἔχοντες ὕλην ἐκείνου τοῦ πυρὸς, πρῶτον ἀπαλειψώμεθα τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις τῶν ἀκουόντων διηγῆσαι καὶ διπλάς. Ἔστω γὰρ ἀπολαμβάνειν με τὰς ἁμαρτίας πρῶτον, ἵνα ἐπὰν λάβω τὰς ἁμαρτίας, μετὰ τοῦτο πληρωθῇ τὸ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένον· Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός. Τί δήποτε διπλᾶς ἀπολαμβάνω τὰς ἁμαρτίας; Ἀλλὰ λεκτέον, Ὅτι δοῦλος ὁ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου, καὶ μὴ ποιήσας κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται οὐκ ὀλίγας, ἀλλὰ πολλάς. Ἄξιον οὖν ἐστι τοὺς μὲν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἁμαρτάνοντας ἀπολαμβάνειν αὐτῶν ἁπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα, ἡμᾶς δὲ διπλᾶ ἡμῶν ἀπολαμβάνειν τὰ πταίσματα. Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία, φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους.

τίοις. Προεφητεύθη τὰ περὶ τῶν ἁλιευομένων καὶ θηρευθησομένων, καὶ ἀπολη(ψ)ομένων πρῶτον διπλᾶς τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Μετὰ ταῦτα προφητεύεται ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν σαφέστερον, οὐχὶ καλουμένων, ἀλλὰ κεκλημένων· καὶ οὐχὶ εἰδότων τί ἐξομολογήσονται, καὶ τί εὐχαριστήσωσιν, ἀλλ' ἤδη μεμαθηκότων· ἐν γὰρ τοῖς προτέροις μανθάνομεν, ὅτι ἐκλήθησαν, ἡλιεύθησαν, ἐθηρεύθησαν, πείσονται δὲ ἐν τοῖς δευτέροις. Ἴδωμεν τί προφητεύεται περὶ ἡμῶν, ἤδη μανθανόντων εὔχεσθαι, μᾶλλον δὲ μεμαθηκότων.

Κύριε σὺ ἰσχύς μου, καὶ βοήθειά μου, καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ κακῶν· πρὸς σὲ ἔθνη ἥξουσιν ἀπὸ ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ ἐροῦσιν· Ὡς ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὠφέλημα. Ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς ἦλθε τὰ ἔθνη πρὸς τὸν Θεόν, καὶ εἴρηκε τὰ ἔθνη· Ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὠφέλημα. Πῶς ἀπὸ ἐσχάτου τῆς γῆς; Εἰσί τινες τῆς γῆς πρῶτοι, καὶ εἰσί τινες τῆς γῆς ἔσχατοι. Τίνες πρῶτοι; Οἱ σοφοὶ τοῦ κόσμου, οἱ εὐγενεῖς, οἱ πλούσιοι, οἱ ἀξιωματικοί. Τίνες οἱ ἔσχατοι; Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός, τὰ

sit. Vaticinio prædicta sunt quæ pertinebant ad eos qui piscatu & venatu capiendi, ac recepturi primùm erant duplicia peccata sua. Post hæc prædicitur manifestiùs vocatio Gentium, non earum quæ necdum vocantur, sed pridem vocatæ sunt; non earum quæ necdum sciant quid confiteantur, aut quales referant gratiarum actiones, sed quæ id pridem didicerunt: in prioribus namque discimus, quòd vocatæ, quòd piscatu venatuque captæ, at in posterioribus quòd etiam persuasæ sunt. Videamus quid de nobis, qui pridem orare discimus, quin imò potiùs didicimus, vaticinetur.

Domine tu fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum in die malorum: ad te Gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Quàm falsa possederunt patres nostri idola, & non est in eis vtilitas. Vers. 19.

Ab extremo terræ venerunt Gentes ad Deum, & dixerunt Gentes: Falsa possederunt patres nostri idola, & non est in iis vtilitas. Quomodo ab extremo terræ? Sunt aliqui primi terræ, & sunt aliqui extremi terræ. Quinam primi? Sapientes mundi, nobiles, diuites, dignitatibus eminentes. Quinam extremi? Stulta mundi elegit Deus, ignobilia,

Qui sint primi, & qui extremi terræ.

bilia, nullificamina, quæ non erant. Venient itaque Gentes ab extremo terræ; ac si diceret, ab vltimis qui in terra sunt hominibus, à stultis, ab ignobilibus, à contemptis, & ad nihilum redactis; *& dicent: Quàm falsa possederunt patres nostri idola, & non est in eis vtilitas.* Non quòd aliqua idola vera sint, ad quorum oppositionem hæc falsa dicantur, sed quòd idola quædam naturâ suâ falsa sint, nec sit in eis vtilitas. Si finxerit sibi homo deos, non solùm è sculptilibus effingunt sibimetipsis homines deos, sed reperias etiam homines ex fictilibus facientes sibi deos. Nam qui possunt formare deum alium, & aliam mundi creationem, præter illam à Spiritu sancto descriptam, & aliam mundi gubernationem, præter hanc veram; hi omnes fecerunt sibi deos, & adorarunt opera manuum. V. g. cogita mihi siue inter Græcos dogmatum, vt sic dicam, genitores huius vel illius Philosophiæ, siue in adinuentionibus primos dogmatum parentes, hi sibimetipsis idola & animi figmenta fecerunt, & peruersi adorarunt opera manuum suarum, propria figmenta tamquam veritatem amplectentes.

Idola quæ vera, quæ falsa.

pro εὑρέσεσι puto scrib. αἱρέσεσι

Παρακινδυνεῦσαι θέλω, καὶ παράδειγμα δοῦναι ὠφελημένων ἠπατημένων. Εἰσί τινες, οἱ διὰ τοῦτο ἀσκοῦντες ἁγνείαν καὶ τὴν καθαρότητα, καὶ ἄλλοι οἱ διὰ τοῦτο ἀσκοῦσι τὴν μονογαμίαν, ἐπεὶ προσεδόκησαν ἀπολύεσθαι τὸν συνουσιάσαντα γαμικῶς, ἀπολύεσθαι τὸν διγαμήσαντα. Συγκρίνομεν καθ' ἑαυτοὺς· ὅτι λυσιτελεῖ τῷ μονογάμῳ ἠπατῆσθαι, καὶ οἴεσθαι κολάζεσθαι, καὶ αἰωνίῳ κολάσει παραδίδοσθαι τὴν δίγαμον, ἵνα μείνῃ μονόγαμος καὶ καθαρὸς, ἢ γνῶναι τὸ ἀληθὲς, καὶ διγαμῆσαι. Νομίζω παντὸς ὅτινος οὖν βλέποντος τὸ ἀκόλουθόν ἐστιν εἰπεῖν· Ὅτι μακαριώτερον μὲν ἦν τὸ καθαρεύειν, καὶ μὴ διγαμεῖν μὴ ἠπατημένην, καὶ ἢ ὁρᾶν, ὅτι μετέχει μὲν σωτηρίας τινὸς καὶ ἡ δίγαμος, οὐ μὴν το-

ταύτης

σαύτης μακαριότητος, ὅσης ἡ καθαρεύουσα· εἰ δὲ μὴ δύναται τοῦτο, βέλτιον τὸ ἠπατῆσθαι, ὡς ἀπολλυμένων διγάμων. Τοιοῦτόν τι εὑρήσεις καὶ ἐπί τινων ἀσκούντων τὴν ἁγνείαν, καὶ τὴν καθαρότητα τὴν παντελῆ· πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα εὑρεθείη κατὰ τὴν ἀπάτην ἀφ' ἡμῶν γινόμενα, καὶ ὠφελοῦντα ἡμᾶς. Πόσοι δὲ νομιζόμενοι σοφοί, εὑρόντες τὸ περὶ κολάσεως ἀληθές, καὶ διελθόντες δήθεν τὰ τῆς ἀπάτης, ἐν χείρονι γεγόνασι βίῳ· ἐλυσιτέλει αὐτοὺς φρονεῖν ὡς ἐφρόνουν πρότερον, περὶ τοῦ· Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ ὅτι τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ὅτι ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί· καὶ ὅτι τὸ ἄχυρον κατακαυθήσεται πυρὶ ἀσβέστῳ. Ἐὰν δὲ ἄλλο τι φαντασθέντες παρὰ τὴν πρώτην αὐτῶν, ἐν οἷς μέλλουσι τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖν· ὅρα εἰ μὴ ἀληθῶς διὰ τοῦτο, ἐπεὶ μὴ ἔδοξαν ἠπατῆσθαι, ἐθησαύρισαν αὐτοῖς ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἂν θησαυρίσαντες εἰ ἠπατήθησαν. Ταῦτα διὰ τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἀπάτην, ἐπεὶ εἶπεν ὁ προφήτης· Ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην.

Παρέλθωμεν δὲ ἰδίᾳ καὶ τὸ ἠπατή-

tantæ beatitudinis, quantæ illa quæ colit puritatem; sin hoc non possit, præstat fuisse deceptam, ac si bis nubentes perirent. Istiusmodi quid etiam reperies in quibusdam qui colunt castitatem, & omnimodam puritatem: quin & alia quàm plurima reperiri possint ex deceptione à nobis facta, quæ etiam prosint nobis. Quot enim putati sapientes, cùm reperissent eam quæ de supplicio est veritatem, & identidem ea quæ deceptionis erant præteriissent, peiorem vitam exegerunt: *Origenem forte et alios notat, qui supplicii finem fore statuebant.* præstitisset ipsos sapere vti priùs sapiebant, quoad istud: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in visionem omni carni:* & quia paleæ comburentur igni inextinguibili. Isaiæ 66,24. Marci 9,45. Si autem aliud quidpiam imaginati fuerint præter primam suam imaginationem, in quibus diuitias bonitatis Dei, & patientiæ & longanimitatis despecturi sint; Rom. 2,4. vide vtrùm non verè idcircò, quia non visi sunt decipi, thesaurizauerint sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, non thesaurizaturi si fuissent decepti. Hæc propter eam, quæ à Deo est, deceptionem, quia dixit Propheta: *Decepisti me Domine, & deceptus sum.*

Ceterùm excutiamus etiam separatim istud *deceptus sum.* Cur

Cur non dixit tantùm, *Decepisti me Domine*, sed addidit etiam istud, *deceptus sum*? Licet nonnumquam comminisci quempiam deceptionem aliquam operantem, alium verò sibi cauentem ne decipiatur, & non decipi. Quando autem adornauerit quis decipi hominem, alter verò non cauerit sibi à deceptione, sed inciderit in deceptionem, tunc dixerit vtique: *Decepisti me Domine, & deceptus sum*. Ego autem incidens in hunc locum istiusmodi quædam dixero: Quod si dicat mihi serpens, licet vera mihi dicat, licet decipere me velit, sermones eius habeo suspectos; persuasum habens, quòd siue decipiat me, siue verum dicat, mihi tamen noceat: nam & veritas ipsius nocet: nihil quod prosit à serpente fit: quandoquidem *non potest arbor mala fructus bonos ferre*. Quodcumque autem dicat mihi Deus, etiam persuasum habeo, quia Deus est qui dicit, Paratus sum exhibere meipsum; verum dicit, admitto, decipere me vult, voluntariè decipior, dummodò solus Deus me decipiat: & quoniam præbeo memetipsum, persuasum habens Deum esse qui dicat, & decipiat, & non curiosè inquiro: volo deceptus non ab alio quàm à Deo decipi: ideò dico te non solùm

Deceptio Dei actiuè & passiuè locuta est.

Matth. 7,18.

θην. Διὰ τί οὐκ εἶπε μόνον, Ἠπάτησάς με κύριε, ἀλλὰ προστέθεικε καὶ τὸ, ἠπατήθην; Ἔστιν ἐνίοτε ἐπινοῆσαί τι ἐνεργοῦντά τινα τὴν ἀπάτην, ἄλλον δὲ φυλασσόμενον ἀπατηθῆναι, καὶ οὐκ ἀπατώμενον. Ὅταν δὲ ὁ μὲν ἐνεργήσῃ τὸ ἀπατᾷν, ὁ δὲ μὴ φυλάξηται ἀπατηθῆναι, ἀλλ' ἐμπέσοι εἰς τὴν ἀπάτην, εἴποι ἄν· Ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. Ἐγὼ δὲ γενόμενος κατὰ τὸν τόπον καὶ τοιαῦτά τινα εἴποιμι· Ὃ ἐὰν λέγῃ μοι ὁ ὄφις, κἂν ἀληθῆ μοι λέγῃ, κἂν ἀπατᾷν με θέλῃ, ὑφορῶμαι αὐτοῦ τοὺς λόγους· πεπεισμένος, ὅτι εἴτε ἀπατᾷ με, εἴτε ἀληθεύῃ, βλάπτει με· καὶ ἡ ἀλήθεια γὰρ αὐτοῦ βλάπτει· οὐδὲν ὠφέλιμον ἀπὸ τοῦ ὄφεως γίνεται· ἐπεὶ μὴ δύναται δένδρον πονηρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ἐνεγκεῖν. Ὃ ἐὰν δὲ λέγῃ μοι ὁ Θεὸς, καὶ πείθωμαι, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ λέγων, Ἕτοιμός εἰμι παρέχειν ἐμαυτόν· ἀληθεύει, δέχομαι, ἀπατᾷν με βούλεται, ἑκὼν ἀπατῶμαι, Θεός με μόνος ἀπατάτω· καὶ ἐπεὶ παρέχω ἐμαυτὸν, πειθόμενος Θεὸν εἶναι τὸν λέγοντα, καὶ ἀπατᾶσθαι, καὶ οὐ περιεργάζομαι· θέλω ἀπατώμενος μὴ ὑπ' ἄλλου ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀπατηθῆναι· διὰ τοῦτο λέγω ὅτι οὐ μόνον σὺ

ἐπίρ-

ἐνήργησας τὸ ἀπατᾷν, ἀλλ' ὅτι κἀγὼ πέπονθα τὸ ὑπό σου ἀπατᾶσθαι· καὶ κατὰ τοῦτο λέγω· Ὅτι ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην.

Τί δὲ ἀκολουθεῖ τῷ τὸν Θεὸν εἶναι ἀπατῶντα, καὶ ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἀπατώμενον; Ἐκράτησας, καὶ ἠδυνάσθης. Τότε με κρατεῖ, ἐὰν με κατ' ἀρχὰς ἔτι νήπιον ἐν Χριστῷ ἀπατήσῃ, καὶ κρατήσας δυνᾶται· ἐὰν δὲ μὴ κρατήσῃς, τότε μοι χρεία πόνων. Ἐκράτησας, καὶ ἠδυνάσθης. Ἑξῆς τούτοις λέγει· Ἐγενόμην εἰς γέλωτα, πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος. Καὶ εἰς τοῦτον τὸν τόπον ταῦτα ἤκουον, ὅτι Ἱερεμίας γέγονε κατὰ χρόνους ἁμαρτωλοτάτων· ὑπ' αὐτοῦ γοῦν γέγονε ἡ αἰχμαλωσία· καὶ οὕτως ἦσαν ἁμαρτωλοί, ὥστε μυκτηρίζειν, καὶ γελᾷν, καὶ χλευάζειν, εἴποτε ὁ προφήτης τὸ προοίμιον ἔλεγε τὸ προφητικὸν· τὸ, Τάδε λέγει κύριος, ἐγέλων οἱ ἀκούοντες, καὶ ἐμυκτήριζον τὰ λεγόμενα. Ἐφυλάξατο εἰπεῖν τὸ, Τάδε λέγει κύριος, ὁ ἀπατηθεὶς, καὶ ὠφεληθεὶς ἐκ τοῦ ἀπατᾶσθαι· διὸ καὶ αὐτὸς βουλόμενος ἀπατᾷν, ἐπὶ τῷ ὠφελεῖσθαι ἐκ τοῦ ἀπατᾷν, ἔλεγεν· Ὅτι ἐμοὺς ὑμῖν λαλῶ· ἐπεὶ οὐκ ἀκούετε τοῦ κυρίου λόγους. Εἶτα ἐκεῖνοι παρεῖχον τὰς ἀκοὰς ὡς λόγοις

operatum esse deceptionem, sed me quoque passum vt à te deciperer; & iuxta hoc dico: Quoniam *decepisti me Domine, & deceptus sum.*

Quid porrò sequitur ex eo quòd Deus sit qui decipiat, & homo qui decipiatur? *Obtinuisti, & potuisti.* Tunc me obtinet, quando me in principio adhuc infantem in Christo deceperit, & obtinendo potest; cùm autem non obtinueris, tunc laboribus mihi opus est. *Obtinuisti, & potuisti.* Post hæc ait: *Factus sum in derisum, totâ die perseuerani subsannatus.* Et in hoc loco hæc audiui, nempe Ieremiam extitisse temporibus maximorum peccatorum: sub ipso igitur contigit captiuitas; & vsque adeò erant peccatores, vt subsannarent, & riderent, & illuderent, si quando Propheta procemium aliquod propheticum proferret: istud, *Hæc dicit Dominus*, irridebant audientes, & subsannabant ea quæ dicebantur. Cauerat pronuntiare istud, *Hæc dicit Dominus*, qui deceptus erat, & fructum retulerat ex deceptione; quamobrem etiam ipse volens decipere, vt fructũ reciperet ex deceptione, dixit: Ecce meos loquar vobis; quoniam non auditis sermones Domini. Deinde illi adhibuerunt aures tamquam verbis

Quis sit fructus deceptionis Dei.

Ieremiæ, & audiebant ſermones Dei. Hæc autem mihi dicebat, qui tradidit mihi locum examinandi procemia & principia prophetiarum.

Eſt igitur etiam principium prophetiæ Ieremiæ apud nos quidem, quemadmodum Septuaginta tradiderunt, neſcio quomodo ſpeculantes: *Verbum Dei, quod factum eſt ad Ieremiam filium Chelcia de ſacerdotibus*: ſed in Hebraico, & reliquis editionibus: *Verba Ieremia filij Chelcia*: & omnes conſentiunt dicendo, *Verba Ieremia filij Chelcia*. Ad quid igitur verba Ieremiæ, quandoquidem procemium ipſi in dicendo ad eos qui nolebant audire? Cùm auditis ſermones meos, etiam nos quandoque ſimilia (vbi commodum viſum fuerit) facimus: nonnumquam ſermones ab ethnicis adducimus, volentes illos adducere ad fidẽ; & cùm viderimus eos alienos & auerſos à chriſtianiſmo, & nomen ipſum execrari, atque odiſſe ſi vel audiant ſermonem hunc eſſe Chriſtianorum, non præ nobis ferimus Chriſtianum ſermonem vtilem proferre: ſed quando ſermo iſte pro virili à nobis fuerit ſtabilitus, & viderimus cupidum auditorem non vulgari modo id quod dicitur auſcultantem, tunc confi-

Ierem. 1,1.

Prudi-ter aliquando vtimur ſermonibus profanorum.

Ἰερεμίου, καὶ ἤκουον λόγων Θεοῦ. Ταῦτα δέ μοι ἔλεγεν, ὁ παραδιδοὺς μοι τὸν τόπον ἐξετάζειν τὰ προοίμια καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν προφητειῶν.

Ἔστι τοίνυν καὶ ἀρχὴ τῆς προφητείας Ἰερεμίου παρὰ μὲν ἡμῖν, ὡς οἱ ἑβδομήκοντα παραδεδώκασιν, οὐκ οἶδ' ὡς σκοπήσαντες· Τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ, ὃ ἐγένετο ἐπὶ Ἰερεμίαν τὸν τοῦ Χελκίου ἐκ τῶν ἱερέων· ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσι· Λόγοι Ἰερεμίου υἱοῦ Χελκίου· καὶ πάντες συνεφώνησαν τῷ εἰπεῖν, Λόγοι Ἰερεμίου υἱοῦ Χελκίου. Διὰ τί οὖν λόγοι Ἰερεμίου, ἐπειδήπερ τὸ προοίμιον αὐτῷ ἐν τῷ λέγειν πρὸς τοὺς μὴ βουλομένους ἀκοῦσαι; Ἂν ἀκούσατέ μου τοὺς λόγους, καὶ ἡμεῖς ἐσθότε τοιαῦτα (ὅταν λυσιτελὲς ἡμῖν φανῇ) ποιοῦμεν· ἐνίοτε λόγους ἀπὸ τῶν ἐθνῶν προσάγομεν, βουλόμενοι αὐτοὺς προσαγαγεῖν τῇ πίστει· καὶ ἐὰν ἴδωμεν ὅτι διαβεβλημένοι εἰσὶ πρὸς Χριστιανισμόν, καὶ βδελύττονται τὸ ὄνομα, καὶ μισοῦσι τὸ ἀκοῦσαι ὅτι ἐστὶν ὁ λόγος Χριστιανῶν ἐστιν, οὐ προσποιούμεθα Χριστιανὸν λέγειν λόγον ὠφέλιμον· ἀλλ' ὅταν ὁ λόγος ἐκεῖνος κατασκευασθῇ κατὰ δύναμιν ὑφ' ἡμῶν, καὶ δοκοῦμεν ὁρᾶν τὸν ἀκροατὴν οὐχ ὡς ἔτυχε τοῦ λεγομένου ἀκούσαντα, τότε ὁμολογοῦ-

μεν

μὲν ὅτι ἐστὶν ὁ ἐπαινετὸς λόγος, Χριστιανῶν λόγος ἐστί· καὶ ποιοῦμεν τι παραπλήσιον τῷ εἰπόντι, Οὐκ ἔστι τάδε λέγει κύριος, ἀλλὰ ἀκούσατε λόγους ἐμοῦ Ἰερεμίου. Ταῦτα τά· Ἐγενόμην εἰς γέλωτα, πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος. Τί λέγω Ἰερεμίας, καὶ ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς ἐμυκτηρίζετο. Ἤκουον γάρ, φησι, ταῦτα πάντα οἱ Φαρισαῖοι, φιλάργυροι ὑπάρχοντες, καὶ ἐμυκτήριζον αὐτόν. Ἀλλ' ὁ κύριος ἐκμυκτηρίζει πάντας τοὺς ἐκμυκτηρίζοντας τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ. Ἐγενόμην εἰς γέλωτα. Ὅρα ποταποὺς βίους ἐβίωσαν οἱ προφῆται, πῆ μὲν καταγελώμενοι, πῆ δὲ κινδυνεύοντες, καὶ καταβαλλόμενοι, καὶ λιθοβολούμενοι ὑπὸ τοῦ λαοῦ, ἀναιρούμενοι, μισούμενοι, ἐκδιωκόμενοι, καὶ πάνυ ἔπασχον, καὶ ὑπέμενον, ἵνα κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου ζητοῦντες, κηρύσσοντες τὸν Λόγον, τύχωσι τοῦ τέλους τοῦ παρὰ Θεοῦ.

Πᾶσαν τὴν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος. Κατηγορία τῆς κατὰ τὴν γενεὰν ἐκείνην, ὅτι οὐδὲ ἡμέρας ὀλίγας τινὰς ἐποίησεν προφήτης ὁ μυκτηριζόμενος· ἀλλὰ πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσε μυκτηριζόμενος, ὅτι πικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι. Ἔστι τις ἐπαγγελία γέλωτος· ἧς ἐπαγγελίας ἐπώνυμός ἐστιν ὁ πατριάρχης

temur hunc laudabilem sermonem, Christianorum sermonem esse; & facimus quid simile dicenti, Non sunt hæc dicit Dominus, sed audite sermones mei Ieremiæ. Hæc ipsa: *Factus sum in derisum, totâ die perseueraui subsannatus.* Quid dico Ieremias, etiam meus Iesus subsannabatur. Audiebant enim, inquit, hæc omnia Pharisæi, pecuniarum amatores cùm essent, & subsannabant eum. Verumtamen Dominus subsannat omnes qui subsannant sermones Dei. *Factus sum in derisum.* Vide qualem vitam vixerint Prophetæ, partim quidem derisi, partim verò periculis expositi, & deiecti, & lapidibus impetiti à populo, è medio sublati, odio habiti, persecutionem passi, & plurimùm perpessi sunt, & sustinuerunt, vt secundùm voluntatem Dei gloriam ipsius solius quærentes, prædicantes Verbum, finem à Deo consequerentur.

Propheta ipseque Christus ludibrio habiti.

Totâ die perseueraui subsannatus. Accusatio est aduersus generationem istam, quia non paucos aliquot dies exegit Propheta subsannatus; sed omni die perseuerauit subsannatus, *quia amaro verbo meo ridebo.* Est quædam promissio risus; cuius promissionis cognomentum est patriarcha

Risus quis bonus vel malus.

Isaac: interpretatur enim risus. Porrò risum esse in promissione liquet ex eo: *Beati qui fletis nunc, quia ridebitis*: promissio autē, *quia ridebitis*; sicut etiam promissum, *Filij Dei vocabuntur, & Deum videbunt, & poßidebunt terram, & ipsorum eſt Regnum cælorū.* Eodem modo est promissio risus, vel è diuerso fletus qui beatus prædicatur. Petes autem an huic bono risui secundùm alium atq; alium sensum consonet quidem ille qui beatus prædicatur fletus, aduersetur autem miserandus ille qui aduersariis repositus est fletus alius. *Væ enim qui rident nunc, quia lugebunt, & flebunt.* Alius namque fletus qui beatus prædicatur, alius qui repositus est iis qui vixerunt malè. Vtrùm autem etiam ille finis quid vtile habeat nescio quid dicam. Audi Paulum quando docebat, hoc dicendo satagebat, vt contristarentur auditores; & confitetur se tum maximè lætari, quando contristabatur quis ex ipso. ait enim: *Et quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me?* Et si quis potens est mouere animum auditoris præsertim peccatoris, tales ~~solet~~ proferre sermones, qui ex virtute, & ordine, ac diuinitate, atque sacrorum sensuum pondere pronuntiati

Lucæ 6,21.

Matth. 5.

2. Cor. 2,2.

Bonum est tristari ad salutē.

optat / εὔχεται / omnino scribendum.

Ἰσαάκ· ἑρμηνεύεται γὰρ γέλως. Ὅτι δὲ ἐπαγγελία γέλως δῆλον ὅτι ἐκ τοῦ· Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι γελάσετε· ἡ δὲ ἐπαγγελία, ὅτι γελάσετε· ὥσπερ ἐπαγγελία, Υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται, καὶ τὸν Θεὸν ὄψονται, καὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν, καὶ αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Οὕτως ἐστὶν ἐπαγγελία γέλως, ἡ ἐπαγγελία τὸ ἐναντίον ὁ μακαριζόμενός ἐστιν κλαυθμός. Ζητήσεις δὲ εἰ τούτῳ τῷ ἀγαθῷ γέλωτι καθ' ἑτέραν καὶ ἑτέραν ἐπίνοιαν συνᾴδει μὲν ὁ μακαριζόμενος κλαυθμός, ἐναντιοῦται δὲ ὁ τοῖς ἐναντίοις ταλανιζόμενος ἀποκείμενος κλαυθμὸς ἕτερος. Οὐαὶ γὰρ οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσουσι, καὶ κλαύσονται. Ἄλλος γὰρ κλαυθμὸς ὁ μακαριζόμενος, ἄλλος ὁ ἀποκείμενος τοῖς κακῶς βεβιωκόσιν. Εἰ δέ τι κἀκεῖνος τέλος ἔχει ὠφέλιμον οὐκ οἶδα τί λέγω. Ἄκουε Παύλου ὅτε ἐδίδασκεν, ἐπραγματεύετο λέγων, λυπῆσαι τοὺς ἀκούοντας· καὶ ὁμολογεῖ ὅτι τότε μάλιστα εὐφραίνετο, ὅτε ἐλυπεῖτό τις ἐξ αὐτοῦ. φησὶ γάρ· Καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ; Καὶ εἴ τίς τι ἱκανός ἐστι κινῆσαι ψυχὴν ἀκροατοῦ μάλιστα ἡμαρτηκότος, τοιούτοις ἔχεται λόγοις λέγειν, οἵτινες ἀπὸ δυνάμεως, καὶ παρατάξεως, καὶ θειότητος, καὶ νοημάτων ἀπαγγελλόμενοι ἱερῶν σείσου-

σείσουσι τὴν ψυχὴν τοῦ ἀκούοντος, καὶ κινοῦσιν ἐπὶ πένθος, καὶ ἐπὶ κλαυθμὸν, καὶ ἐπὶ δάκρυα, ὡς χαίρειν τὸν λέγοντα, ὅτε ἤδη τὸ ἀκροατήριον τερπόμενον, καὶ γέμον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. Ὅταν μὲν γὰρ εἰς ἐπαγγελίας ἄγῃ ὡς διὰ στενῆς καὶ τεθλιμμένης τοῖς ἐν τῷ λυπεῖσθαι ὁδοῦ ἐπὶ τὴν ζωὴν, καὶ διὰ τοῦ κλαυθμοῦ ἄγῃ ἐπὶ τὸν μακαριζόμενον γέλωτα· ὅτε δὲ οὐ τοῦτο ἀνύῃ, φοβοῦμαι μὴ τοιαῦτα λέγῃ, οἷα οἱ γελῶντες νῦν· ὅτι πενθήσετε, καὶ κλαύσετε.

Πρὸς τί δέ μοι τοῦτο εἴρηται, ἢ βουλομένῳ ὑπαινίξασθαι ὅτι λέγεις, Πικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι, καὶ παραστῆσαι γέλωτα κλαυθμοῦ, καὶ κλαυθμὸν ἐκεῖνον ὃν κλαύσονται οἱ ἐνταῦθα γελῶντες, τάχα τοῦ Θεοῦ πραγματευομένου ἐγγεννῆσαι αὐτοῖς κλαυθμόν· ἐκεῖ γὰρ ἔσται ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· καὶ τοῦτο πραγματεύεται ὁ Θεὸς ὁρῶν ὅτι ὁ κλαίων ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασιν· ὁ θρηνῶν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις παρανομήμασιν, ἤδη εἰς συναίσθησιν ἐλήλυθε τῶν ἰδίων κακῶν. Ὡς εἴθε ἕκαστος ἡμῶν καθ' ἕκαστον ἁμάρτημα ἔλεγε· Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. Ὡς εἴθε ἕκαστος ἡμῶν ἔλεγεν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασι κλαίων· Ἐγενήθη μοι τὰ δάκρυά μου ἄρτος ἡμέρας καὶ νυκτός.

percellunt animum auditoris, & mouent ad luctum, & ad fletum, & ad lacrymas, ita vt is qui dicit gaudeat, cùm viderit auditorium delinitum, & plenum iis quæ dicta sunt. Vbi enim ad promissiones ducit quasi per angustam & arctam iis qui tristantur viam ad vitam, & per fletum ducit ad ter beatum prædicatum risum: quando autem non hoc perficit, vereor ne talia dicat, qualia qui nunc rident; quia lugebitis, & flebitis.

ἴδη πρὸ γέμον legerem γελᾶν, aut στένον.

Quorsum autem hæc à me dicta sunt, nisi quòd velim insinuare quid ait, *Amaro verbo meo ridebo*, & ostendere risum fletus, & fletum illum quo flebunt qui hîc rident, Deo fortè hoc agente vt oriatur ipsis fletus: ibi enim *erit fletus, & stridor dentium*: & Matth. 8,12.
hoc agit Deus videns eos qui super peccatis propriis flent: qui delicta sua lamentatur, iam in malorum suorum conscientiam venit. Atque vtinam vnusquisque nostrûm ad vnumquodque peccatum diceret: *Lauabo per* Psal. 6,7.
singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Sic vtinam vnusquisque nostrûm diceret de propriis peccatis flens: *Fuerunt mihi* Psal. 41,4.
lacrymæ meæ panis die ac nocte.

Bonus fletus in risum conuertitur.

Cùm ſermo meus acerbior hic ſit, amarior inquam, quia me affligit, vt & propter illum indignantur auditores increpiti, quando dicentem ægrè ferunt. Scio quia amaro verbo meo finis eſt riſus; riſus inquam qui beatus nuncupatur. Et hoc fortaſſe ſciens Propheta dicebat: *Quia amaro verbo meo ridebo.* Iam quidem amaro verbo, ſed non iam rideo; aſt *amaro verbo meo ridebo, præuaricationem & miſeriam inuocabo.* Deum inuocat iuſtus, ſapientiam inuocat etiam iniquus. Erit enim, inquit, cùm inuocaueritis me; ſed ego non exaudiam vos. Illic quidem tam iniuſti quàm iuſti manifeſtum eſt quòd inuocent quandoque ſapientiam: *Et omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit*; hîc autem Propheta dicit: *Præuaricationem & miſeriam inuocabo*: ſicut Deum, ſic præuaricationem, ſicut Dominum, ſic miſeriam. Vtique rem præclaram inuocat Ieremias, quando annuntiat dicens: *Præuaricationem & miſeriam inuocabo.*

Rom. 10, 13.

Pacta mala reſcindenda.

Ceterùm conſideranda ſunt pacta quæ ſtatuimus, & præuaricationes eorum: quia nonnumquam eſt malè fœdera ſancire; & poſt malè ſancita fœdera vtinam inuocaremus præ-

Ἐὰν μου ὁ λόγος πικρότερος, ἐνταῦθα ᾖ πικρότερος, διὰ τὸ θλίβεσθαί με, καὶ δι' αὐτὸν ἀηδίζονται οἱ ἀκούοντες οἱ ἐλεγχόμενοι, ὅταν βαρῶνται τὸν λέγοντα. Οἶδα ὅτι ἐπὶ τῷ πικρῷ λόγῳ μου τὸ τέλος ἐστὶ γελᾶν· γελᾶν δὲ τὸν τῶν μακαριζομένων γέλωτα. Καὶ τοῦτο τάχα εἰδὼς ὁ προφήτης ἔλεγεν· Ὅτι πικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι. Ἤδη μὲν πικρῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐκ ἤδη γελῶ· ἀλλὰ πικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι, ἀθεσίαν καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι. Θεὸν ἐπικαλεῖται ὁ δίκαιος, τὴν σοφίαν ἐπικαλεῖται καὶ ὁ ἄδικος. Ἔστι γάρ, φησιν, ὅτι ἐπικαλέσησθέ με· ἐγὼ δὲ οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. Ἐκεῖ μὲν οἱ ἄδικοι καὶ οἱ δίκαιοι δὲ δῆλον ὅτι ἐπικαλοῦνταί ποτε τὴν σοφίαν· Καὶ πᾶς ὃς ἐὰν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται· ἔνθα δὲ ὁ προφήτης φησίν· Ἀθεσίαν καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι· ὡς τὸν θεόν, οὕτω τὴν ἀθεσίαν, ὡς τὸν κύριον, οὕτω τὴν ταλαιπωρίαν. Ἆρα καλὸν πρᾶγμα ἐπικαλεῖ Ἱερεμίας, ὅτε ἐπαγγέλλει λέγων· Ἀθεσίαν καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι.

Ἀλλὰ δεῖ κατανοῆσαι συνθήκας ἃς τιθέμεθα, καὶ τὰς ἀθεσίας αὐτῶν· ὅτι ἐστί ποτε συνθήκας θέσθαι κακῶς· καὶ μετὰ τὸ θέσθαι συνθήκας κακῶς εἴθε ἐπικαλοῖμεν τὴν ἀθεσίαν.

θεσίαν. Οὕτω δὲ καὶ ἐὰν κατανοήσω τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον, τὴν ἀπάγουσαν εἰς ἀπώλειαν, καὶ ὅτι ὁδεύων ἐν αὐτῇ οὐ ταλαιπωρῶ, μεταβαίνω ἀπὸ τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου ὁδοῦ, καὶ ἔρχομαι ἐπὶ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην, καὶ ταλαιπωρῶν λέγω· Ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι, ἀθετεῖν μέλλω τὰς συνθήκας τὰς πρὸς τὸν κόσμον καὶ τὰ κοσμικὰ πράγματα, ἵνα ἀναλάβω οὐρανίας συνθήκας, ἀθεσίαν ἐπικαλέσομαι. Οὕτω δὲ καταλιπὼν τὸν βίον τὸν τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου ὁδοῦ, καὶ ἐρχόμενος ἐπὶ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην, ἵνα γένωμαι ταλαίπωρος ὡς Παῦλος, λέγων, Ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι. Οὐ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος ἐρεῖ· Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Ἀλλ' ὁ νοήσας τὸ σῶμα τοῦ θανάτου, ὁ ῥυσθῆναι βουλόμενος ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου, ἐρεῖ τό· Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος· ὁ δὲ φιλοσωματῶν, ὁ πολύς, ὁ ἀπιστῶν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, οὐ λέγει, Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος· ἀλλὰ μακαρίζει ἑαυτόν, ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ τὸ εἶναι ἐν τῷ τοῦ θανάτου σώματι. Ἐὰν οὐ δυνηθῶ νοῆσαι πῶς Παῦλος εἶπε, Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, μηδέπω ἐπικαλεσάμενος τὴν ταλαιπωρίαν, ἐπικαλέσομαι αὐτὴν ἐν τῷ ἀθετῆσαι τὰς πρὸς τὴν κακίαν συνθήκας, καὶ λέγω ὡς ὁ

τῷ

uaricationem. Sed & eodem modo si latam & spatiosam viam considerauero, quæ ducit ad perditionem, & quia incedens in ea sum expers miseriæ, transeo à lata & spatiosa via, & venio ad arctam & angustam, & miseriam tolerans dico: *Miseriam inuocabo*, infirmabo fœdera cum mundo & rebus humanis, vt diuina fœdera résumam, præuaricationem inuocabo. Ita porrò deserens vitam viæ latæ ac spatiosæ, & veniens ad angustam & arctam, vt euadam miser sicut Paulus, dicens, *Miseriam inuocabo*. Neque enim omnis homo dicet: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Sed qui intellexerit corpus mortis, qui liberari voluerit de corpore mortis huius, is dicet: *Infelix ego homo*: qui verò corpus amat, qui frequens est, qui non credit sæculum futurum, non dicit, *Infelix ego homo*; sed beatum prædicat semet ipse, quòd sit homo, & quòd in corpore mortis versetur. Si non potuero intelligere quomodo Paulus dixit, *Infelix ego homo*, cùm necdum inuocem miseriam, inuocabo eam fœdera cum malitia abrogando, & aio cum

Rom. 7.24.

Ieremia: *Præuaricationem & miseriam inuocabo*: neque enim dixit, Præuaricationem Dei inuocabo.

Exemplum Iudith mala fœdera rescindendi.

Volo exemplum dare à Scriptura iusti fœdera reuocantis, vt ostendam quomodo ille re ipsâ præuaricationem inuocauit. Iudith fœdera sanciuerat cum Holoferne, vt tot diebus egressa ad orandum Deum, post totidem dies sisteret semetipsam cubili Holofernis. Pacta hæc admiserat Holofernes; dimisit Iudith ad precandum foras extra castra. Quid facere debebat Iudith? seruaréne pacta, vel ea præuaricari? In confesso est, quia prçuaricari. Illa namque præuaricari quoad Holofernem, beatum erat in ordine ad Deum. Præuaricatura cum Holoferne pacta inita Iudith dixit: *Præuaricationem inuocabo*: & inuocauit præuaricationem. Vtinam & ego talis sim, vt dicam, Præuaricationem inuocabo, & inuocabo præuaricationem illam cum serpente, illā cum diabolo. Pacta quondam serpens cum Eua sanxerat, eratque ipsi amica, & serpens mulieri: sed Deus tamquam bonus pacta ista statuit dissoluenda, & amicitiam hanc prauam dissipandam, & tamquam bonus Deus ait: *Ini-*

Deus rescidit pacta Eua cum serpēte

Gen. 3, 15.

Ἱερεμίας· Ἀθεσίαν καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἀθεσίαν Θεοῦ ἐπικαλέσομαι.

Θέλω παράδειγμα δοῦναι ἀπὸ τῆς γραφῆς δικαίου τὰς συνθήκας ἀθετοῦντος, ἵνα παραστήσω πῶς ἐκεῖνος τῷ ἔργῳ ἀθεσίαν ἐπεκαλέσατο. Ἰουδὴθ συνθήκας ἔθετο πρὸς τὸν Ὀλοφέρνην, ὥστε τόσων τῶν ἡμερῶν ἐξερχομένη διὰ χεῖρας τῷ Θεῷ, καὶ μετὰ τόσας τὰς ἡμέρας ἑαυτὴν παρέξειν τῇ κοίτῃ τοῦ Ὀλοφέρνου. Ταύτας τὰς συνθήκας ὁ Ὀλοφέρνης ὑπεδέξατο· ἀπέλυσε τὴν Ἰουδὴθ ἐπὶ τὰς εὐχὰς ἔξω τῆς παρεμβολῆς. Τί ἔχρην ποιῆσαι τὴν Ἰουδὴθ; τηρῆσαι τὰς συνθήκας, ἢ ἀθετῆσαι αὐτάς; Ὡμολόγηται, ὅτι ἀθετῆσαι. Τὰς γὰρ πρὸς Ὀλοφέρνην ἀθετῆσαι, μακάριον ἦν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ. Ἔμελλεν ἀθετεῖν τὰς πρὸς Ὀλοφέρνην συνθήκας ἡ Ἰουδὴθ εἶπεν· Ἀθεσίαν ἐπικαλέσομαι· καὶ ἐπικαλέσατο τὴν ἀθεσίαν. Ὄφελον κἀγὼ τοιοῦτος γένωμαι, ἵνα εἴπω, Ἀθεσίαν ἐπικαλέσομαι, καὶ ἐπικαλέσομαι τὴν ἀθεσίαν τὴν ἐπὶ τῷ ὄφει, τὴν πρὸς τὸν διάβολον. Συνθήκας ποτὲ ὁ ὄφις πρὸς τὴν Εὔαν ἐποιήσατο, καὶ ἦν αὐτῷ φίλη, καὶ ὁ ὄφις τῇ γυναικί· ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐπραγματεύσατο ὡς ἀγαθὸς τὰς συνθήκας ταύτας λυθῆναι, καὶ τὴν φιλίαν ταύτην τὴν καλὴν διασκεδάσαι, καὶ ὡς ἀγαθὸς Θεὸς λέγει· Ἔχ-

θραν

θραν ἀναμέσον σοῦ, καὶ ἀναμέσον τῆς γυναικός, καὶ ἀναμέσον τοῦ σπέρματός σου, καὶ ἀναμέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς. Εὐγνωμόνως οὖν ἀκούεις μὲν, πῶς ὁ Θεὸς ἔχθραν ποιεῖ τὴν πρὸς τόνδε, ἵνα φιλίαν ποιήσῃ τὴν πρὸς τὸν Χριστόν. Ἀδύνατον γὰρ, ἅμα εἶναι φίλον τῶν ἐναντίων. Καὶ ὥσπερ οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, οὕτως οὐδεὶς δύναται εἶναι φίλος καὶ Θεῷ καὶ μαμωνᾷ, φίλος καὶ Χριστῷ, καὶ ὄφει· ἀλλὰ ἀνάγκη καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Χριστὸν ἔχθραν ποιῆσαι πρὸς τὸν ὄφιν, καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν ὄφιν ἔχθραν γενῆσαι τὴν πρὸς τὸν Χριστόν. Ἀθεσίαν καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι.

Ἵνα δὲ μᾶλλον νοήσῃς τὸ, Ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι, διαχαράξω ὅ τι γινόμενον ἀσκητικόν. Πολλάκις γὰρ προκειμένου τοῦ γῆμαι, τοῦ μὴ ἔχειν πρᾶγμα ἐπανισταμένης τῆς σαρκὸς τῷ πνεύματι, αἱρεῖταί τις οὐ καταχρήσασθαι τῇ τοῦ γαμεῖν ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ ταλαιπωρεῖν καὶ κάμνειν, ὑποπιάζειν τὸ σῶμα νηστείαις, καὶ δουλαγωγεῖν αὐτὸ ἀποχαῖς τοιῶνδε βρωμάτων, καὶ παντὶ τρόπῳ τῷ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦν. Ἆρ' ὁ τοιοῦτος οὐ τὴν ταλαιπωρίαν ἐπεκαλέσατο, παρὸν ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν τρυφῇ καὶ ἡδονῇ, καὶ μὴ ἐπικαλεῖσθαι τὴν ταλαιπωρίαν; Εἴ τις οὖν

micitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum, & semen eius. Bono animo igitur audis quidem, quomodo Deus inimicitiam facit inter hanc & illum, vt amicitiam faciat inter hanc & Christum. Fieri enim nequit, vt quis contrariorum simul amicus sit. Et sicut *nemo potest duobus dominis seruire*, ita nemo potest esse amicus Deo & mammonæ, amicus & Christo, & serpenti; sed necesse est & amicitiam cum Christo inimicitiam fieri cum serpente, & amicitiam cum serpente inimicitiam fieri cum Christo. *Præuaricationem & miseriam inuocabo.* Matth. 6,24.

Vt autem ampliùs intelligas istud, *Miseriam inuocabo*, adscribam gestum aliquod asceticum. Propositis nimirum frequenter nuptiis, ne haberet negotium insurgentis aduersus spiritum carnis, eligit quis non abuti nubendi potestate, sed affligere & laborare ad subigendum corpus ieiuniis, & in seruitutem redigere ipsum quorumdam abstinentiis ciborum, & omni modo spiritu facta carnis mortificare. An non talis miseriam inuocauit, cùm posset dedere semet ipse deliciis & voluptati, & non inuocare miseriam? Si quis igi- *Quomodo miseria sit inuocāda.*

tur possit imitari Prophetam, etiam præuaricationem, vti exposuimus, inuocet. Contigit autem hanc historiam esse veram etiam quoad Ieremiam; quoniam etiam in castimonia vitam transegit: dixit enim illi Deus, Non accipias mulierem, neque facias liberos, & in castitate vixit: præuaricationem namque & miseriam inuocauit.

Quia factus est sermo Domini in opprobrium mihi. Beatus Ieremias, cùm non haberet aliud opprobrium quàm verbum Domini; nos autem infelices habemus opprobria, non propter verbum Domini, sed propter nostra peccata, & opprobriis afficimur, pro quibus impegimus, & illusimus, & contumelias patimur pro malitiis nostris. Verùm Seruator istiusmodi opprobriis non vult nos onerari dicens: *Beati estis cùm maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos propter me. Gaudete in illa die, & exultate.* Sermo igitur, inquit, Domini factus est mihi in opprobrium & in derisum omni die. Deinde considera quàm sint Prophetæ candidi homines, & non occultantes peccata propria sicut nos, & dicentes non ad eos qui tunc erant tantùm, sed ad omnes generationes, si peccauerint.

Matth. 5,11.

Prophetæ candidè peccata confitentur.

δύναται μιμεῖσθαι τὸν προφήτην, καὶ ἀθεσίαν ὡς διηγησάμεθα, ἐπικαλείσθω. Ἔτυχε δὲ τὴν ἱστορίαν εἶναι ἀληθῆ καὶ περὶ Ἱερεμίου· ὅτι καὶ ἐν ἁγνείᾳ ἔζησεν· εἶπε γὰρ αὐτῷ ὁ κύριος, Οὐ μὴ λάβῃς γυναῖκα, οὐδὲ οὐ μὴ ποιήσῃς τέκνα, καὶ ἐν ἁγιείᾳ ἔζησεν· ἀθεσίαν γὰρ καὶ ταλαιπωρίαν ἐπεκαλέσατο.

Ὅτι ἐγενήθη λόγος κυρίου ἐμοὶ εἰς ὀνειδισμόν. Μακάριος Ἱερεμίας, μὴ ἔχων ἄλλον ὀνειδισμὸν ἢ τὸν λόγον τοῦ κυρίου· ἡμεῖς δὲ οἱ τάλανες ἔχομεν ὀνειδισμοὺς, οὐ διὰ τὸν λόγον τοῦ κυρίου, ἀλλὰ διὰ τὰ ἡμέτερα ἁμαρτήματα, καὶ ὀνειδιζόμεθα, ἐφ' οἷς πταίαμεν, καὶ ἐπταίσαμεν, καὶ λοιδορούμεθα ἐπὶ ταῖς κακίαις ἡμῶν. Ὁ δὲ σωτὴρ οὐ τοιούτοις ἡμᾶς ὀνειδισμοὺς θέλει ὀνειδίζεσθαι λέγων. Μακάριοι ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμᾶς ἕνεκέν μου. Χαίρετε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ σκιρτήσατε. Ὁ λόγος οὖν, φησὶ, τοῦ κυρίου ἐγενήθη ἐμοὶ εἰς ὀνειδισμὸν καὶ εἰς χλευασμὸν πᾶσαν ἡμέραν. Εἶτα κατανόησον ὡς εἰσὶν οἱ προφῆται εὐγνώμονες ἄνθρωποι, καὶ οὐκ ἀποκρυπτόμενοι τὰ ἴδια ἁμαρτήματα ὡς ἡμεῖς, καὶ λέγοντες οὐκ ἐπὶ τῶν τότε μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πασῶν τῶν γενεῶν, εἰ ἡμαρτήκασι.

τήκασι. Κἀγὼ μὲν ὀκνῶ ἐξομολογήσασθαι τὰ ἁμαρτήματά μου ἐπὶ τῶν ὀλίγων ἐνταῦθα, ἐπεὶ μέλλουσί μου καταγινώσκειν οἱ ἀκούοντες. Ὁ δὲ Ἱερεμίας τι παθὼν ἁμαρτητικὸν οὐκ ᾐδέσθη, ἀλλὰ ἀνέγραψεν αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν. Ἁμαρτία γὰρ ἦν τὸ ἐπιφερόμενον ἐν τῷ· Καὶ εἶπα· Οὐ μὴ ὀνομάζω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἔτι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Ἐδιδάχθη πάντα ποιεῖν ἐν ὀνόματι κυρίου, ἐν ὀνόματι Θεοῦ πράττειν· σὺ δὲ λέγεις· Μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου.

Ἀλλὰ ποῖον ὄνομα μέλλεις ὀνομάζειν; ὄνομα θεῶν ἑτέρων; Οὐκ ἂν ἀμνήσθητε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Καὶ λέγεις· Οὐκ ὀνομάσω ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἔτι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Λέγει οὖν πεπονθώς τι ἀνθρώπινον· ὃ καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πολλάκις πεπονθέναι, καὶ μάλιστα εἴ τις συνοίδεν ἑαυτῷ διὰ τὴν διδασκαλίαν ποτὲ καὶ τὸν λόγον ταλαιπωρήσαντι καὶ παθόντι καὶ μισηθέντι. Πολλάκις λέγει· Ἀναχωρῶ, τί μοι καὶ πράγμασιν, εἰ ἐκ τούτου μισητός εἰμι, ἐκ τοῦ διδάσκειν, ἐκ τοῦ προΐεσθαι τῶν λόγων, διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀναχωρῶ ἐπὶ τὴν ἐρημίαν καὶ τὴν ἡσυχίαν. Τοιοῦτόν τι πέπονθε καὶ ὁ προφήτης λέγων· καὶ εἶπα, Οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

cassent. Equidem me piget confiteri peccata mea vel coram paucis hîc, quia me damnaturi sunt audientes. Ast Ieremias peccati quid passus non erubuit, sed peccatum suum descripsit. Peccatum enim erat quod inferebatur in isto: *Et dixi: Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltrà in nomine ipsius.* Edoctus fuerat omnia facere in nomine Domini, in nomine Dei operari; tu autem dicis: *Non nominabo nomen Domini.*

Ceterùm quale nomen cunctaris nominare? noménne deorum aliorum? Nolite obliuisci in cordibus vêstris. Et ais: *Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltrà in nomine ipsius.* Dicit hoc itaque humani quidpiam passus; cuiusmodi quidpiam patiendi & nos sæpenumerò periculum incurrimus, & maximè si consciscat quis sibi ob doctrinam vel sermonem aliquid ærumnæ atque afflictionis & odij irrogatum fuisse. Frequenter ait: Secedo, quid mihi & negotiis, si exinde odiosus sim, ex eo quòd doceam, quòd prodigam sermones, vt quid non potiùs secedo ad eremum & quietem. Istiusmodi perpessus est Propheta dicens: *Et dixi, Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltrà in nomine ipsius.*

Ieremias humanū quid passus à metu.

Sed

Sed in hoc bonus Dominus qui prohibet talia talium peccata, non permisit vt istiusmodi, cùm hæc diceret Propheta, verificaret, sed in hoc præuaricationem inuocaret, & effecit vt Ieremias dictum suum redderet irritum. Dixerat enim: *Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltrà in nomine ipsius.*

Et factus est, inquit, *in corde meo quasi ignis ardens, vrens in ossibus meis.* Obiecit peccatum quod fecerat dicendo: *Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltrà in nomine ipsius*: & abiecit peccatum Ieremias simul ac diceret:

Bonum est compungi post peccatum.

Vtinam & ego simul atque peccaui, ac dixi verbum peccans, sentirem ignem factum in corde meo ardentem, & vrentem sic, vt non possim ferre. Nescio sanè num vtile quidpiam tali ac tanto auditorio dicere possim, scilicet adhuc esse speciem ignis minimè sub sensum cadentis, qui dolore suo cruciet eum qui pœnâ dignus sit, quo minus ferat ipsum. dixit enim: *Factus est in corde meo quasi ignis ardens & vrens:* nec in corde meo solùm, verùm etiam *in ossibus meis; & dissolutus sum vndique, & non possum ferre.* Vereor ego vt vtilis istiusmodi in nobis ignis existat,

Ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ ἀγαθὸς κύριος ὁ κωλύων τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας τῶν τηλικούτων, οὐκ ἀφῆκε τὸν προφήτην ἀληθεῦσαι εἰπόντα τὰ προκείμενα, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ ἀθεσίαν ἐπικαλέσασθαι, καὶ ἀθετῆσαι τὸ εἰρημένον πεποίηκεν Ἱερεμίαν. Εἶπε μὲν γάρ· Οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἔτι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

Ἐγένετο δὲ, φησὶν, ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὡς πῦρ καιόμενον, φλεγόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου. Ὑπέβαλε τὴν ἁμαρτίαν ἣν πεποίηκεν εἰπών· Οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔτι· καὶ ἀπέβαλε τὴν ἁμαρτίαν Ἱερεμίας ἅμα τῷ εἰπεῖν· Εἴθε κἀγὼ ἅμα τῷ ἁμαρτῆσαι, καὶ εἰπεῖν λόγον ἁμαρτητικὸν, ᾐσθανόμην ὅτι γέγονε πῦρ ἐν τῇ καρδίᾳ μου καιόμενον, καὶ φλεγόμενον, ὥστε με μὴ δύνασθαι φέρειν. Μέλλει τι ὁ λόγος τολμᾶν· οὐκ οἶδα δὲ εἰ συμφέρον τῷ τοιούτῳ ἀκροατηρίῳ, καὶ τοιούτῳ εἰρηκα ἔτι εἶναι εἶδος πυρὸς οὐκ αἰσθητοῦ κολάζοντος τὸν κολαζόμενον τοῦ πόνου, εἰς τὸ μὴ φέρειν αὐτόν. εἶπε γάρ· Ἐγένετο ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὡς πῦρ φλεγόμενον καὶ καιόμενον· οὐκ ἐν τῇ καρδίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὀστέοις μου· καὶ παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν. Ἐγὼ φοβοῦμαι τοιοῦτα τοιοῦτό ἐστι τὸ ἀποκείμενον ἡμῖν πῦρ γινόμενον,

μενον, ὡς ἐν τῇ καρδίᾳ γέγονεν Ἱερεμίου· οὐ πεπόνθαμεν δὲ αὐτό· εἰ ἐπεπόνθαμεν τοῦτο, καὶ προέκειτο τὰ δύο πυρὰ, τοῦτο τὸ πῦρ, καὶ τὸ ἔξωθεν πῦρ ὃ βλέπομεν ἐπὶ τῶν καιομένων ὑπὸ τῶν ἡγουμένων τῶν ἐθνῶν, εἱλόμεθα ἂν ἐκεῖνο μᾶλλον τὸ πῦρ ἢ τοῦτο· ἐκεῖνο μὲν γὰρ καίει τὴν ἐπιφάνειαν, τοῦτο δὲ καίει τὴν καρδίαν, καὶ ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς καρδίας διικνεῖται ἐπὶ πάντα τὰ ὀστᾶ, καὶ ἱκνούμενον ἐπὶ τὰ ὀστᾶ, ἔρχεται ἐπὶ ὅλον τὸ καιόμενον, καὶ οὕτως ἔρχεται, ὡς μὴ δύνασθαι τὸ καιόμενον φέρειν. Οἶδα καὶ λῃστὰς τοῦτο τὸ πῦρ μὴ δυνηθέντας ὑπομεῖναι, διὰ τὸν πόνον ἀπὸ τούτου τοῦ πυρός. Ἄλλος ἐστὶν ὁ πόνος ὃν ἀπὸ τοῦ πυρὸς διέγραψεν Ἱερεμίας λέγων· Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὡς πῦρ καιόμενον, φλεγόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου, καὶ παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν.

Ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐκκαίει ὁ σωτὴρ ὁ εἰπών· Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ ἐπεὶ ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐκκαίει ὁ σωτὴρ, διὰ τοῦτο τοῖς ἀρχομένοις ἀκούειν αὐτὸ ἄρχεται ἀπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ πρῶτον πῦρ βάλλει αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν· ὅπερ ὁμολογοῦσι Σίμων καὶ Κλεόπας λέγοντες ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ· Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν τῇ ὁδῷ, ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς; Ἐνθάδε ἡ καρδία καίεται πυρὶ καὶ

sicut in corde factus est Ieremiæ: verùm non sumus illum perpessi; si ipsum perpessi fuissemus, & duo ignes proponerentur, scilicet hic ignis, & externus ille quem cernimus in iis qui à gentium ducibus comburuntur, hunc vtique præ illo potiùs eligeremus: siquidem ille adurit superficiem, hic verò cor adurit, & incipiens à corde ad omnia ossa penetrat, ipsaque vbi peruaserit, transit ad totum comburendum, atque ita ingruit, vt is qui comburitur sustinere non possit. Noui etiam latrones hunc ignem non potuisse sustinere, propter dolorem ab hoc igne manantem. Alius est dolor quem ab hoc igne descripsit Ieremias dicens: *Et factus est in corde meo* Ver. 9.
sicut ignis ardens, vrens in oßibus meis, & dißolutus sum vndique, & non poßum ferre.

Compunctio cor adurit.

Hunc ignem accendit Seruator cùm dixit: *Ignem veni mittere in terram.* Et cùm illum ignem accendit Seruator, idcircò incipientibus audire ipsum exordium facit ab igne, & primùm mittit ignem in cor eorum: id quod confitentur Simon & Cleophas dicentes de sermonibus eius: *Nónne cor nostrũ ardens erat in via, dum aperiret nobis Scripturas?* Hîc cor vritur igni cùm

Lucæ 12,49. Ignem hunc accẽdit Christus.

Lucæ 24,32.

Simo-

Simonis tum Cleophæ. audi dicentes: *Nonne cor nostrum ardens erat?* Quis modo dignus est accipere istum ignem in corde? Ne frustrà illum accipiat, volo describere quis sit qui ignem istum in corde habet. Depinge mihi duos qui eodem genere peccati turpitudinis & impuræ fornicationis peccauerint, & ex his duobus fornicatoribus, alterum quidem minimè dolentem, neque contristatum, neque compunctum, sed id quod in Prouerbiis de muliere meretrice dictum est patientem, quæ opere patrato abluta, nihil ait absurdi se perpetrasse. Vide etiam mihi alterum post haustum peccati non valentem id sustinere, sed à conscientia punitum, corde vexatum, comedere ac bibere non valentem, neque iudicio, sed præ dolore pœnitentiæ ieiunantem. Depinge mihi talem totâ die tristem, & afflictum incedentem, rugientem à gemitu cordis sui, cùm videat peccatum suum in conspectu suo, coram se iugiter reprehendens: & vide talem non ad vnum diem, neque ad vnam noctem, sed longo tempore vapulantem. Quem ex his duobus præfers? quem dicis esse spei melioris apud Deum? an

Lucæ 24.32.

Exemplum duri & compuncti.

Σίμωνος καὶ Κλεώπα. ἄκουε λεγόντων· Οὐχ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν; Τίς ἄξιος ἤδη λαβεῖν ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐν τῇ καρδίᾳ; Ἵνα μὴ εἰκῇ ἐκεῖνο λάβῃ, θέλω διαγράψαι τίς ἐστιν ὁ ἔχων τοῦτο πῦρ ἐν τῇ καρδίᾳ. Διάγραψόν μοι δύο ἡμαρτηκότας τὴν αὐτὴν τοῦ γένους ἁμαρτίαν τὴν μιαρὰν καὶ τὴν ἀκάθαρτον πορνείαν, καὶ ἐν τούτοις τοῖς δύο τοῖς πεπορνευκόσι, τὸν μὲν ἕτερον μὴ λυπούμενον, μηδὲ ὀδυνώμενον, μηδὲ δακνόμενον, ἀλλὰ τὸ εἰρημένον ἐν Παροιμίαις περὶ τῆς πόρνης γυναικὸς πάσχοντα, ἥτις ἐὰν πράξῃ ἀπονιψαμένη, οὐδέν φησι πεπραχέναι ἄτοπον. Ἴδε μοι τὸν ἕτερον μετὰ τὸ πῶμα μὴ δυνάμενον στέγειν, ἀλλὰ κολαζόμενον τὴν συνείδησιν, βασανιζόμενον τὴν καρδίαν, φαγεῖν καὶ πιεῖν οὐ δυνάμενον, οὐ κρίσει νηστεύοντα, ἀλλὰ ἀλγηδόνι τῆς μετανοίας. Διάγραψόν μοι τὴν τοιοῦτον ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζοντα, καὶ καταπονούμενον, καὶ πορευόμενον, ὠρυόμενον ἀπὸ στεναγμοῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ, βλέποντα αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ παντὸς ἔμπροσθεν ἐλέγχουσαν· καὶ ἴδε τῶν τοιούτων οὐκ ἐπὶ μίαν ἡμέραν, οὐδὲ ἐπὶ μίαν νύκτα, ἀλλ' ἐπὶ χρόνον πολὺν κολαζόμενον. Τίνα τῶν δύο προκρίνεις; τίνα λέγεις ἐλπίδας ἔχειν παρὰ Θεῷ; ἆρ' ἐκεῖ-

ἐκεῖνον τὸν πορνεύσαντα, καὶ μὴ φροντίσαντα, ἀλλ' ἀπαλγοῦντα, ὡς καὶ παραδόντα αὐτὸν τῇ ἀσελγείᾳ; ἢ τοῦτον τὸν μετὰ τὴν μίαν ἁμαρτίαν πενθοῦντα, θρηνοῦντα; Οὗτος δῆλον ὅτι ἐλπίδων κρειττόνων ἐστὶν· ὅσον γὰρ πλείω καίεται ὑπὸ τῆς λύπης τοῦ πυρὸς, τοσοῦτον μᾶλλον ἐλεεῖται, καὶ ἐστὶν αὐτῷ χρόνος αὐτάρκης τῆς κολάσεως, ἔστι ὅσος ἐκείνῳ δίδοται χρόνος κολάσεως τῷ πορνεύσαντι καὶ λυπηθέντι· καὶ ἐπεὶ χρόνος ἐστὶ τούτῳ τῆς ἐνταῦθα κολάσεως λυσιτελοῦς, διὰ τοῦτο ἐπραγματεύσατο κολάσαι τὸν πεπορνευκότα, καὶ ἡνίκα ἐκόλασεν αὐτὸν λύπῃ, καὶ εἶδε τὴν λύπην αὐτάρκη, φησὶ, μήποτε τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος, κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην. Ἕκαστος ὑμῶν ἐξετασάτω τὴν συνείδησιν ἑαυτοῦ, καὶ ἰδέτω τί ἥμαρτεν· ὅτι δεῖ αὐτὸν κολασθῆναι· εὐχέσθω τῷ Θεῷ τοῦτο τὸ πῦρ τὸ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ, εἴκειν ἐπ' αὐτὸν· εἶτα τὸ ἐπὶ Σίμωνα καὶ Κλεώπαν ἐληλυθὸς, ἵνα μὴ θησαυρισθῇ τῷ ἄλλῳ πυρί. Εἰ γὰρ μὴ ἔλαβεν ἐνθάδε τὸ πῦρ, ἀλλὰ καὶ ἥμαρτε, καὶ οὐ πεφρόντικε, τηρηθήσεται ἐκείνῳ τῷ πυρί.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὡς πῦρ καιόμενον, φλεγόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου· καὶ παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν· ὅτι

illum qui fornicatus fuit, & non curauit, sed doloris expers mansit, ita vt etiam lasciuiæ sese dederet? vel illum qui post vnicum peccatum luget, lamentatur? Hunc vtiq; manifestum est spebus niti melioribus: quantò enim ampliùs igne doloris vritur, tantò maiorem misericordiam adipiscitur, estque illi tempus punitionis sufficiens, hoc quidquid isti fornicario & lugenti conceditur ad supplicium: cumque præsens tempus huic sit proficuæ punitionis, ideò hunc fornicarium ordinauit hîc puniendum, & quando luctu ipsum afflixit, & vidit luctum esse abundantem, ne fortè, inquit, abundantiori luctu talis absorbeatur, confirmate super illum charitatem. Vnusquisque nostrûm conscientiam ipse suam discutiat, & videat quid peccauerit; quia oportet ipsum puniri: optet à Deo hunc ignem, qui in Ieremia fuit, super se venire; deinde illum qui super Simonem & Cleopham venit, ne alteri igni reseruetur. Nisi enim hîc ignem sumpserit, sed peccauerit, & non curauerit, isti igni reseruabitur.

Et factus est in corde meo quasi ignis ardens, vrens in ossibus meis: & dissolutus sum vndique, & non possum ferre; quia Ver. 9.

audiui

audiui vituperationem multorum Bonum est à malis probrū & odiū pati. *congregatorum vndique.* Inculpatus beatus Ieremias, excepto inquam hoc exiguo peccato, & si quod aliud leue commiserit, à plurimis vituperabatur; sed multitudinis vituperium laus erat ei apud Deum. Dicebant nimirum vituperatores isti: *Insultate, & insultemus in eum omnes viri amici eius: obseruate mentem eius, si decipietur.* Aliâ deceptione noxiâ volebant eum decipi, quæ esset contraria deceptioni, de

Ierem. 20,7. qua dixerat: *Decepisti me Domine, & deceptus sum.* Hi autem dicunt insultantes ei; *Et praeualebimus ei, & sumemus vindictam nostram ex eo.* Putant se iniquè egisse qui fuerant reprehensi de peccatis suis; & idcircò quòd putarent se deliquisse, aiunt: *Sumamus vindictam nostram ex eo.* Istiusmodi quid fecerant, qui etiam Isaiam dissecuerunt: siquidem tamquam iniuriam passi (quoniam prophetiæ ipsius conuertebant, & puniebant eos) accusabant, increpabant, secabant eum, & mortis sententiâ damnabant.

Vers. 11. Dominus adest suis iniuriā passis. Sed his omnibus insultantibus Ieremias ait: *Dominus autem mecum quasi bellator fortis.* Si fuerimus quales nos esse oportet, & ignem istum acce-

ἤκουσα ψόγον πολλῶν συναθροιζομένων κυκλόθεν. Ὁ ἄμεμπτος ὁ μακάριος Ἱερεμίας, καθ᾿ ὑπεξαίρεσιν λέγω τοῦ τούτου μικροῦ ἁμαρτήματος, καὶ εἴ τι ἄλλο βραχὺ πεποίηκεν, ἐψέγετο ὑπὸ πολλῶν· ἀλλ᾿ ὁ ἐπὶ τῶν πολλῶν ψόγος αὐτῷ ἐγκώμιον παρὰ Θεῷ ἦν. Ἔλεγον γὰρ οἱ ψέγοντες· Ἐπισύστητε, καὶ ἐπισυστῶμεν αὐτῷ πάντες ἄνδρες φίλοι αὐτοῦ· τηρήσατε τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ, εἰ ἀπατηθήσεται. Ἄλλην ἀπάτην ἐβούλοντο αὐτὸν ἀπατῆσαι ὀλέθριον, ἐναντίαν τῇ ἀπάτῃ, περὶ ἧς εἶπεν· Ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. Λέγουσι δὲ οὗτοι ἐπισυστάμενοι αὐτῷ· Καὶ δυνησόμεθα αὐτῷ, καὶ ληψόμεθα τὴν ἐκδίκησιν ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ. Οἴονται ἠδικηκέναι οἱ ἐλεγχθέντες ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ἁμαρτίαις· καὶ διὰ τοῦτο οἰηθέντες ἠδικηκέναι, λέγουσι· Ληψόμεθα τὴν ἐκδίκησιν ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ. Τοιοῦτόν τι πεποιήκασιν, οἱ καὶ τὸν Ἡσαΐαν πρίσαντες· ὡς ἀδικηθέντες γὰρ (ἐπειδήπερ αἱ προφητεῖαι ἐπέστρεφον αὐτοὺς, καὶ ἐκόλαζον αὐτοὺς) ἤλεγχον, ἐπετίμων, ἔπρισαν αὐτὸν, καὶ κατεδίκασαν αὐτοῦ ψῆφον θανατικήν.

Ἀλλά φησιν ὁ Ἱερεμίας ἐπὶ τούτοις τοῖς ἐπισυστᾶσιν· Ὁ δὲ κύριος μετ᾿ ἐμοῦ καθὼς μαχητὴς ἰσχύων. Ἐὰν γινώμεθα ὁποίους ἡμᾶς εἶναι χρὴ, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο παραδεξό-

διεξόμεθα, ἐπὶ τῶν ἡμετέραις ἁμαρτίαις ἀρχόμενον ὡς τῷ Ἱερεμίᾳ καὶ τοῖς ὁμοίοις, κύριος γίνεται μετὰ ταῦτα μεθ' ἡμῶν καθὼς μαχητὴς ἰσχύων· καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωξαν, καὶ διανοῆσαι οὐκ ἠδύναντο· οἱ διώκοντες αὐτὸν Ἰουδαῖοι, ἠσχύνθησαν σφόδρα, καὶ οὐκ ἐνόησαν ἀτιμίας αὐτῶν· ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀτιμαζόμενοι οὐ λέγουσιν ἑαυτῶν τὰς ἁμαρτίας· ὅτι κύριος ἦν μετὰ τοῦ διωκομένου, καὶ οὐ δύναται ὑποχείριος αὐτοῖς γενέσθαι διωκόμενος. Μήποτε οὖν ὡς πολλὰ τοῦ Ἱερεμίου ἀναφέρεται εἰς τὸν σωτῆρα, καὶ τοῦτο δύναται τοιοῦτον εἶναι. Ἐπισύστητε γὰρ, καὶ ἐπισυστῶμεν αὐτῷ, εἴρηται καὶ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος· καὶ κύριος ἦν μεθ' αὐτοῦ καθὼς μαχητὴς ἰσχύων. Διὰ τοῦτο ἐδίωξαν, καὶ νοῆσαι οὐκ ἠδύναντο οἱ διώκοντες αὐτὸν Ἰουδαῖοι· ἠσχύνθησαν σφόδρα, καὶ οὐκ ἐνόησαν ἀτιμίας αὐτῶν· ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀτιμαζόμενοι οὐ λέγουσιν ἑαυτῶν τὰς ἁμαρτίας, αἱ δι' αἰῶνος οὐκ ἐπιλησθήσονται. Ἀλλ' οἴονται ὅτι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἐπιλησθήσονται αὐτῶν αἱ ἀνομίαι· ἡμεῖς δὲ ὁρῶμεν ὅτι δι' αἰῶνος αὐτῶν αἱ ἀνομίαι οὐκ ἐπιλησθήσονται. Καὶ ὁρῶντες μελήμεθα τοῦ· Μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, πόσῳ μᾶλλον τῶν παρὰ φύσιν οὐ φείσεται;

perimus, peccatis nostris non secùs ac Ieremiæ eiusque similibus dominãtem, Dominus post hæc nobiscum est quasi bellator fortis: & *idcircò persecuti sunt, & intelligere non potuerunt:* persequentes eum Iudæi, *confortati sunt valdè, & non intellexerunt ignominias suas*: tanto tempore inhonorati non imputant peccatis suis; quia Dominus erat cum illo qui persecutionem sustinebat, nec poterat ab iis subiugari. Num fortè igitur vt plura Ieremiæ referuntur ad Seruatorem, hoc etiam possit esse istiusmodi. Insultate enim, & insultemus ei, dictum etiam in Seruatorem: & Dominus erat cum eo quasi bellator fortis. Idcircò persecuti sunt, & intelligere non potuerunt persequentes eum Iudæi; præualuerunt valdè, & non intellexerunt ignominias suas: tanto tempore inhonorati non referunt peccata sua, quæ per sæculum non tradentur obliuioni. Verumtamen putant in hoc sæculo tradendas obliuioni iniquitates suas; nos autem videmus quia per sæculum non tradentur obliuioni. Et videntes curam habeamus istius: *Noli altum sapere,* Rom. 11, 20.
sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, quantò magis prẹter naturã insertis nõ parcet?

Vers. 12. Deus cognitor cordium & scrutator.

Dominus igitur virtutum nobiscum, *probans iusta, intelligens renes & corda*. Dominus probat quidem iusta, reprobat autem iniqua; & est, vt ita dicam, trapezita iustorum & iniquorum. Hic porrò Dominus est intelligens renes & corda: hîc quidem scriptum est ipsum intelligere renes & corda. At fortaßis aliud sit intelligere renes & corda, aliud scrutari corda & renes. Non omnium scrutatur corda & renes, sed peccatorum. Insisto enim significato istius scrutari, quod dicitur in hac vita de iis qui torquentur in tribunalibus: vbi alij quidem examinant, alij verò examinantur, hi autem etiam in doloribus grauissimis versantur. Tortores itaque scrutantur latera, scrutantur corpora; Dominus autem solus nouum habet scrutandi modum: scrutatur enim corda; & in solius Domini potestate est scrutari corda & renes. Latronum hîc latera ex præscripto præsidis fodicantur; ibi autem non ex præscripto Dei, sed ab ipsomet Domino renes & corda cuiusque examinantur. Nisi fortè hîc dixero, eum quidem cui hoc iniungitur esse Filium, eum verò qui præcipit esse Patrem, & Verbum esse quod scrutatur cor-

Κύριος οὖν τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, δοκιμάζων δίκαια, συνιῶν νεφροὺς καὶ καρδίας. Ὁ κύριος δοκιμάζει μὲν δίκαια, ἀποδοκιμάζει δὲ ἄδικα· καί ἐστιν, ἵνα οὕτως ὀνομάσω, τραπεζίτης δικαίων καὶ ἀδίκων. Οὗτος δὲ ὁ κύριος καὶ συνιῶν ἐστι νεφροὺς καὶ καρδίας· ἐνθάδε μὲν οὖν γέγραπται ὅτι συνιῶν ἐστι νεφροὺς καὶ καρδίας. Καὶ μήποτε ἄλλο ἐστὶ τὸ συνιέναι νεφροὺς καὶ καρδίας, ἄλλο τὸ ἐτάζειν καρδίας καὶ νεφρούς. Οὐ πάντων ἐτάζει καρδίας καὶ νεφροὺς, ἀλλὰ τῶν ἡμαρτηκότων. Ἐφίστημι γὰρ τῷ σημαινομένῳ τοῦ ἐτάζειν, ὅπερ λέγεται τῷ βίῳ τούτῳ ἐπὶ τῶν βασανιζομένων ἐπὶ τοῖς δικαστηρίοις· ὅπου οἱ μὲν ἐτάζουσιν, οἱ δὲ ἐτάζονται, οὗτοι δέ εἰσι καὶ ἐν πόνοις βαρυτάτοις. Οἱ μὲν οὖν κολασταὶ ἐτάζουσι πλευρὰς, ἐτάζουσι σώματα· κύριος δὲ μόνος καινὸν ἔχει τρόπον ἐτασμῶν· ἐτάζων γάρ ἐστι καρδίας· καὶ μόνῳ τῷ κυρίῳ πρόσεστι τὸ ἐξετάζειν καρδίας καὶ νεφρούς. Λῃσταὶ ἐνταῦθα ἐτάζονται κατὰ πρόσταξιν ἡγουμένου πλευρά· ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐκ προστάξεως Θεοῦ, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἐτάζεταί τις νεφροὺς καὶ καρδίας. Εἰ μὴ ἄρα ἐνταῦθα λέγω, τὸν μὲν προστασσόμενον εἶναι τὸν Υἱὸν, τὸν δὲ προστάσσοντα εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Λόγον εἶναι τὸν ἐτάζοντα καρδίας

δίας καὶ νεφροὺς, καὶ πασῶν γε νομίζω βασάνων, πάντων τῶν πόνων βαρύτερα τὰ ἀπὸ τοῦ Λόγου, ὅταν ἐτάζηται καρδίας καὶ νεφρούς. Διὸ πάντα πράττωμεν, ἵνα μὴ παραδοθῶμεν ἐκείνῳ τῷ ἐτασμῷ· οὐ ἐτασμοῦ οἴομαι ἔλαττον πάσχειν τοὺς παραδιδομένους τοῖς λεγομένοις ἐν τῷ εὐαγγελίῳ βασανισταῖς· πολλοῖς γὰρ παραδίδονται, τάχα πλείοσι βασανισταῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν, οὐδέπω ἄξιοι γενόμενοι, παραδίδοσθαι ἑνὶ Λόγῳ τῷ ἐτάζοντι καρδίας καὶ νεφρούς. Ὁ πλούσιος ἐκεῖνος οὐδέπω ἄξιος ἦν, παραδοθῆναι τῷ ἐτάζοντι καρδίας καὶ νεφρούς· διὰ τοῦτο ἐπὶ πλειόνων ἐβασανίζετο· ὕστερον δὲ καὶ ἐκεῖνος τοῦτο πάσχει, εἰ μὴ ὀδυνώμενος ἐξετάζετο. Πλὴν τὰ περιμένοντα ἡμᾶς εἰσι βασανισταὶ, καὶ ἐτάζων τὰς καρδίας καὶ νεφροὺς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡμῶν· ὧν ἁμαρτημάτων εἰ μὴ τάχεον ἀπαλλαγῶμεν, ἐν τούτοις ἐσόμεθα· διὸ ἀναστάντες τὴν ἀπὸ Θεοῦ βοήθειαν αἰτήσωμεν, ἵνα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ μακαρισθῶμεν· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

da & renes, & omnibus torturis omnibusque doloribus grauiora esse tormenta Verbi, cùm corda renesque scrutatur. Quamobrem agamus omnia, ne isti inquisitioni tradamur; quâ inquisitione minus quid arbitror pati eos qui traduntur dictis in Euangelio exactoribus: multis enim traduntur, fortasse pluribus exactoribus sub initium, cùm necdum digni euaserint, vt vni Verbo corda renesque scrutanti tradantur. Diues ille necdum dignus erat, qui corda renesque scrutanti traderetur; idcircò à pluribus torquebatur: postmodum autem etiam ille hoc patitur, nisi dolore excruciatus scrutinium sustinuerit. Verumtamen ea quæ nos manent sunt exactores, & scrutans corda & renes de peccatis nostris: à quibus peccatis nisi statim liberemur, in iis hærebimus: ideò resurgentes à Deo auxilium postulemus, vt in Christo Iesu beatificemur; cui honor in sæcula sæculorum. Amen.

INDEX RERVM IN HOC OPVSCVLO CONTENTARVM.

A.

B.

C.

Calix

D.

E.

F.

G.

Gentes

H.

I.

Ma-

N.

O

P.

Pati

Prophe-

R.

S.

Sup-

FINIS.

APPROBATIO CENSORIS.

SAncti CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini Homiliæ XIX. in Ieremiam Prophetam, fideliter Latinitate donatæ à R. P. Balthaſare Corderio Societatis IESV Doctore Theologo, cum Eccleſiæ vtilitate lucem aſpicient. Actum XXVII. Februarij M. DC. XLVIII.

Guilielmus Bolognino S. Th. L. Can. & Lib. Cenſor Antuerp.

